Ora nella presente raccolta vengono riprodotte queste due consuetudini, le quali con molta difficoltà potevano essere studiate da' cultori della nostra antica legislazione per la grande rarità de' libri in cui furono altra volta pubblicate. Alla consuetudine di Capua si troveranno aggiunti i due contratti matrimoniali degli anni 1299 e 1337 che si leggono dopo il comento del Natale, ed un contratto ancora inedito del 1306 il quale ci assicura che secondo il dettato di quella consuetudine era dovuto al marito il lucro della dote anche quando la stessa era stata costituita in beni immobili e smentisce in conseguenza le contrarie assertive del Natale. Vi si troveranno pure aggiunti l'atto del 20 novembre 1480 col quale comincia il registro in cui è trascritta la consuetudine, il bando emesso l'anno 1470 da un regio capitano di quella città, e la copia di alcuni brani di scrittura degli anni 1564 e 1565, da'quali raccogliamo che anche il vicario dell'Arcivescovo era in Capua sottoposto a sindacato allorchè terminava il suo uffizio. Tutti questi nuovi documenti riguardano veramente la sola Capua, ma nel tempo stesso spargono immensa luce sopra le condizioni di tutte le nostre provincie: ond' è che per averli raccolti merita di essere da tutti lodato l'Alianelli, il quale nelle sue ricerche ha rinvenuto efficace ed intelligente cooperazione negli egregi Carlo Conte pretore in Capua, Raffaele de Franciscis sindaco di quella città e sacerdote Gabriele Jannelli. Agevole inoltre sarebbe stato il farli seguire da diversi capitoli ricordati dal Manna (1), come sono quelli pei

(1) Manna (Gio. Antonio) Prima parte della Cancelleria di tutt'i privilegi, capitoli, lettere regie, decreti, conclusioni del Consiglio, et altre scritture della fedelissima città di Capua dall'anno 1109 infino all'anno 1570. (Napoli 1588, in 4°.)

buccieri, delle carceri, de' danni dati e delle misure, ma sono stati essi tralasciati per la ragione che gran fatto non differiscono dalle disposizioni contenute in altri statuti che saranno in appresso pubblicati. Ed abbiamo infine creduto doverci dispensare dal corredare di note le due consuetudini, per esserci sembrato che la loro locuzione sia molto chiara e semplice, e che alla compiuta intelligenza di esse sieno sufficienti le poche cose dette in questa prefazione: nè avevamo d'uopo di andar con particolari note indicando alcuna variante quando la consuetudine di Capua è stata tratta dall' antico registro il quale ora tien luogo dell'originale diploma della regina Giovanna, e quando di quella di Aversa non abbiamo che solamente la copia riportata dal Pelliccia nel suo comento.

Consuetudine di Capua ed altri documenti della città stessa

I.

USUS ET CONSUETUDO SUPER MATRIMONIIS (1).

IOANNA SECUNDA DEI GRATIA HUNGARIE, HIERUSALEM, SICILIE, DALMATIE CROACIE, RAME, SCRIVE (sic), GALICIE LODOMERIE COMARIE, BULGARIEQUE REGINA, PROVINTIE ET FORCALQUERII, AC PEDEMONTIS COMITISSA.

Universis, et singulis presentes licteras inspecturis tam presentibus quam futuris: ex gratiarum plenitudine, et uberis munificencia largitate angetur regale fastigium quia dum gratiose supplicantium votis annuitur concessas gratias confirmando, et alias novas concedendo incalescit ferventius devotio subiectorum: Sane pro parte universitatis, et hominum civitatis nostre Capue eiusque casalium pertinentiarum, et districtus nostrorum fidelium dilectorum maiestati nostre fuit humiliter supplicatum, ut actentis eorum sincere fidei et grandium servitiorum, et obsequiorum meritis ex munifica nostra liberalitate dignaremur: eis infrascriptas iam concessas gratias confirmare et in quantum opus est de novo concedere: Necnon et alias gratias novas concedere et pariter indulgere. Quas quidem gratias tam iam factas quam de novo petitas nobis in scriptis capitulatim pro ut inferius continetur exibuerunt: NOS autem vertentes placide in archano nostri pectoris sincere fidelitatis constanciam, ac grata grandia utilia fruc-

(1) Questa denominazione si trova ripetuta più volte in questo e nei seguenti documenti: altra denominazione *uso de' matrimoni e doti* si trova nel libro del Manna citato nella prefazione.

In questa pubblicazione si è conservata scrupolosamente l'ortografia dell' originale. A.

tuosa servitia, et obsequia supplicantium predictorum ex quibus eos nostra gratia reputamus benemeritos atque dignos: Eisdem Universitati, et hominibus prefatis gratias iam concessas, Tenore presentium de certa nostra scientia specialique gratia confirmamus, et in quantum opus est concedimus, necnon et alias novas gratias que nunc pecierunt concedimus de nostra munificentie largitate secundum tenorem decretacionis nostre in fine cuiuslibet capitulorum ipsorum contente et ascripte.

Quorum quidem capitulorum, ac decretacionis nostre in fine cuiuslibet ipsorum adiecte sequitur, et est talis.

Sacre Reginali Maiestati pro parte universitatis, et hominum civitatis vestre Capue eiusdem maiestatis fidelium servulorum humiliter, et devote supplicatur quatenus dignetur ipsa vestra maiestas benigne, et gratiose eis confirmare, et in quantum opus est ad habundantiorem cautelam de novo concedere, ac etiam facere gratias infrascriptas.

Qui seguono diverse domande di grazie e privilegi, e per ciascuna la concessione ed approvazione della regina espresse colla parola FIAT. *Non mancano di qualche importanza, ma si tralasciano perchè estranee alla presente collezione: quindi continua:*

Item cum prefati universitas, et homines ab antiquo cuius in contrarium memoria hominum non existit habuerint, et habeant infrascriptum usum, et consuetudinem super matrimonis legitime contrahentis, et in eorundem usus et consuetudinis possexione seu quasi fuerint, et ad presens existant dignetur vestra inclita celsitudo pro maiori cautela eorundem universitatis, et hominum huiusmodi usum, et consuetudinem eis de speciali gratia approbare et confirmare.

Quorum quidem usus et consuetudinis tenor talis est (1):

---

(1) Quanto precede dalla parola *universis* dopo i titoli della regina fino a questo punto si pubblica ora la prima volta.

Il Natale aggiunse la numerazione delle parti della consuetudine, ed a ciascuna parte diede la denominazione *caput*: in questa ristampa si è

I. Quod, si vivente viro uxorem suam sibi premori contingerit consumato matrimonio per carnis copulam inter eos, filio vel filia aut filiis ex comuni procreatione subsceptis vel non subsceptis, et antequam idem filius, aut filia, seu filii habeant seu habeat tres annos completos mortuus aut mortua, seu mortui fuerint dicta tamen uxore matre eorum tunc supervivente, et postmodum decedente sine ipsis filiis aut filio seu filia quod tunc, et eo casu dictus sponsus lucretur, et habeat integram medietatem docium, tam in pecunia, quam in rebus mobilibus consistentium ad faciendum de dicta medietate dictarum docium ex tunc in antea semper quicquid dicto sponso, et suis heredibus placuerit. Reliquam vero medietatem dictorum docium, tam in pecunia, quam in rebus mobilibus consistencium preter lectum, et pannos ipsi lecto pertinentes, et preter id quod de dictis rebus mobilibus iusto usu consumptum fuerit vel macersitum aut Dei iuditio, igne crematum vel pro sepeliendo corpore fuerit involutum dictus sponsus, et sui heredes, et successores dare restituere et assignare teneantur et debeant eandem mulierem dotanti vel suis heredibus infra tres menses a die obitus dicte uxoris sue premortue in antea computandos cum refectione dannorum interesse et expensarum, etc.

II. Si vero dictam uxorem premori contingerit dicto viro suo tunc supervivente, et dicti filius aut filia, seu filii tunc habeant, seu habeat tres annos completos ipsis filiis seu filio, aut filia trium annorum completorum aut ultra tunc superstitibus vel non superstitibus, quod tunc et eo casu dictus vir seu sponsus lucretur et habeat effectualiter totas, et integras dotes predictas tam in pecunia, quam in rebus mobilibus consistentes ad faciendum de illis ex tunc in antea semper quicquid sibi placuerit tanquam de re sua propria per eum, licite lucrata, et acquisita ita quod ad illarum restitutionem in toto vel imparte dictus sponsus eidem dotanti, et suis heredibus minime propterea teneatur.

III. Ubi vero quod absit dictum virum seu sponsum premori contingerit dicta uxore tunc supervivente, et filiis seu filio, aut

---

creduto utile conservare la numerazione, ma non la denominazione, perchè, come risulta da ciò che precede, *capitulum* è chiamato ogni capo diverso delle domande fatte dai cittadini di Capua, quindi tutto ciò che segue forma unico *capitulum*. A.

filia ex ipso matrimonio subsceptis, vel non, et extantibus, vel non extantibus, et cuiuscumque fuerint temporis, vel etatis tunc, et eo casu heredes dicti sponsi, seu mariti teneantur, et debeant dare, restituere, et integraliter assignare eidem uxori seu dicto eam dotanti pro parte dicte uxoris, et heredibus dicte uxoris omnes, et singulas dotes predictas tam in pecunia quam in rebus mobilibus infra tres menses a die obitus dicti eius mariti in antea computandos preter id quod de dictis rebus iusto usu consumptum fuerit vel macersitum aut Dei iuditio igne crematum.

IV. Ubi vero dictum maritum premori contingerit supervivente dicta uxore sua filio, vel filia, uno, vel pluribus ex comuni eorum matrimonio extantibus, seu remanentibus quod eo casu dicta uxor lucretur, et habere debeat ab heredibus dicti mariti basaturam constitutam per dictum maritum suum eidem uxori sue quo ad usum fructum ad faciendum de illa ex tunc in antea semper quicquid dicte uxori, et suis heredibus predictis placuerit, necnon habere debeat pannos quotidianos et lugubres, si ipsi panni lugubres sibi legantur, et nil aliud de iocalibus et ornamentis suis seu vestimentis nisi fuerint ei per dictum virum suum in toto vel imparte legata quo casu fiat secundum legatum, et heredes ipsius mariti teneantur dare et solvere dictam basaturam eidem uxori et suis heredibus seu dicto eam dotanti pro parte dicte uxoris, et suorum heredum infra tres menses a die obitus, sui mariti in antea computandos, in quo quidem casu etiam dicta uxor lucretur, et habere debeat quartam constitutam quo ad usumfructum tantum.

V. Si vero dictum maritum premori contingerit supervivente dicta uxore sua filio, vel filia, uno vel pluribus ex ipso matrimonio subsceptis, vel non subsceptis, et non extantibus quod eo casu dicta uxor lucretur, et habere debeat dictam quartam constitutam tam quo ad proprietatem, quam quo ad usumfructum una cum dicta basatura ut supra constituta, et heredes ipsius mariti illas dare et assegnare teneantur, et debeant eidem uxori, vel suis heredibus, vel dicto eam dotanti pro parte ipsius uxoris infra tres menses predictos numerandas ut supra in pace etc. et cum refectione damnorum etc.

Declarato quod non extantibus filiis filio, vel filia mulier lucratur quartam et basaturam quo ad usumfructum et proprietatem,

extantibus vero filiis, filio vel filia mulier lucratur quartam, et basaturam quo ad usumfructum tantum (1).

Praefata serenissima reginalis maiestas approbat et confirmat usum, et consuetudinem superius annotatos pro ut petitur.

Intendentes itaque prefatas concessiones, et gratias, eisdem universitati, et hominibus per nos ut premittitur confirmatas, et in quantum opus est de novo concessas, ac gratias, et concessiones alias noviter factas secundum tenores prescriptarum nostrarum decretacionum in fine cuiuslibet capitulorum predictorum factarum, et ascriptarum ipsis universitati et hominibus existere realiter fructuosas.

Ecce earundem Tenore presentium de dicta certa nostra sciencia cum prefati nostri consilii matura deliberatione damus expressius in mandatis universis, et singulis nostris officialibus subditis et fidelibus maioribus, et minoribus quocunque nomine nuncupatis, ac offitio, et iurisdictione fungentibus, ac cuiuscunque status, gradus, ordinis, dignitatis preheminentie, et conditionis existant ubilibet in toto Regno nostro Sicilie constitutis, et presertim prefatis capitaneo iudici, et assexori actorumque notario prefate civitatis nostre Capue, et Locumtenentibus, officialium omnium predictorum ac omnibus hominibus, et personis ad quos spectat, et spectare poterit, tam presentibus, quam futuris quam forma prefatarum regiarum fraternarum et nostrarum licterarum, et privilegiorum per nos ut predicitur confirmatorum, et in quantum opus est de novo concessorum, ac presencium licterarum nostrarum per eos diligenter actenda iam dictas concessiones, et gratias in illis, et presentibus contentas per nos ut premictitur confirmatas et de novo concessas, atque noviter indultas secundum prefatarum nostrarum decretacionum seriem atque mentem officiorum suorum temporibus eisdem universitati et hominibus observent inviolabiliter et ab aliis mandent et faciant effectualiter observari, Et contrarium non

(1) Agli altri capitoli compresi nella stessa concessione succede immediatamente l'approvazione regia espressa colla parola *fiat;* per questo invece si adoperò la formola seguente che nell'originale è scritta in rosso e le precedono le seguenti parole che credo aggiunte da chi copiò il diploma — *Tenor decretacionis dicti capituli talis est.* A.

faciant, sicut habent gratiam nostram caram, et indignationem cupiunt evitare. In cuius rei testimonium presentes licteras exinde fieri, et magno pendenti maiestatis nostre sigillo Iussimus communiri. Quas ex certis causis nos moventibus dedimus, et subscripsimus propria manu nostra. Ritu ordinatione et observantia nostre quibuscunque contrariis, et quibusvis aliis facientibus in adversum non obstantibus quoquo modo (1).

Datum in castro nostro capuane Neapolis per manus nostre predicte Ioanne anno Domino millesimo quadringesimo tricesimo secundo. Die duodecimo mensis octobris undecime indictionis, Regnorum nostrorum Anno decimo nono.

De mandato Reginali oretenus facto cum deliberatione Consilii Registrata in Cancellaria (2).

ANGELILLUS (3).

---

(1) Dalle parole *intendentes itaque* fino a questo punto, si pubblica ora la prima volta. A.

(2) Il registro di Cancelleria non è pervenuto fino a noi. A.

(3) Di questo Angelillo, Angelo de Angelis, Capuano, ha lasciato un cenno biografico il Natale nel comento alla Consuetudine di Capua p. 90. A.

II.

ATTO DEL 20 NOVEMBRE 1480 COL QUALE COMINCIA IL REGISTRO IN CUI È TRASCRITTA LA RIPORTATA CONSUETUDINE CON ALTRE GRAZIE E PRIVILEGI DI CAPUA.

In nomine Domini nostri Iesu Xpi. Anno a nativitate eius millesimo quadrigentesimo octuagesimo Regnante Serenissimo et Illustrissimo Dno nro dno Ferdinando Dei gratia Rege Siciliae Hierlm, et hungarie regnorum vero eius Anno vicesimo Tercio feliciter Amen: Die vicesimo mensis Novembris quartedecime Indictionis Nos Iohannes dammianus de Civitate Capue baiulus substitutus pro pnti anno quartedecime Ind. per magnificum virum U. I. Doctorem Dominum Berardinum de montibus de Capua baiulum dicte Civitatis Capuae Suique districtus: Notarius Loysius de Iunianis et Thomas de stabile de Capua Iudices ad causas penes dictuum bajulum ordinatos et factos per universitatem et homines civitatis Capue pro dicto presenti Anno quartedecime Indictionis et Notarius bartholomeus de Iunianis de dicta civitate capue curie pro eodem pnti Anno quartedecime Indictionis actorum magister Dammianus de Stocco de dicta civitate capue ad vitam ad contractus Iudex Paulus de benedicto de eadem civitate Capue publicus per totum predictum Regnum Sicilie Regia auctoritate notarius et Infrascripti licterati testes ad hoc specialiter vocati et rogati videlicet Reverendus Dnus Mannus Episcopus Sanctae Agathe, Dominus Salvator Scaranus legum Doctor: Dominus Troyanus de marzano legum Doctor: Pirrus de buccetis: Dominus christoforus magliocca abbas Blasius Iaquinti abbas Nicolaus piccolus canonici capuani notarius Salvator vicinus; notarius lactancius de marino, notarius berardinus debullo: notarius Iacobus caballucius: notarius Angelus de Dominico, nicolaus Sicilianus: Petrus paulus de marino Ioannes baptista calbinus: Nicolaus Antonius cito. Franciscus Russus, et Ioannes mighocius de capua: Presenti scripto publico declaramus, notum facimus et testamur quod cum nos prefati baiulus iudices, et actorum magister pro tribunali sederemus, et curiam regeremus In sedili Iudicum Capue

more solito singulis petentibus et conquerentibus iusticiam ministrando Comparuit ibidem coram nobis, et nostra curia, Providus vir notarius nicolaus franciscus pizulo de capua Sindicus Sindicario nomine, et pro parte dicte universitatis Capue et infrascripta Regia et reginalia privilegia et capitula per Infrascriptos reges, et reginam, universitati et hominibus dicte civitatis capue concessa coram nobis, et nostra curia ostendit, et presentavit, ac publice legi fecit scripta siquidem in carta de pergameno et in carta papi eorum veris, et notis sigillis, ac eorum propriis manibus subscripta, et roborata non viciata, non cancellata, no abrasa, non abolita, nec in aliqua earum parte suspecta sed sana et integra omniq. prorsus vicio et suspictione carencia ut prima facie apparebant, et erant pro vt sunt nullo addito diminuto vel mutato tenoris, et continentie subsequentis:

Segue un privilegio di Re Ladislao dei 18 ottobre 1401, e poi quello contenente la consuetudine.

III.

CONTRATTI DI MATRIMONIO STIPULATI IN CAPUA NEGLI ANNI 1299, 1306, 1337 (1).

1.°

In nomine Domini nostri Iesu Christi, Anno Incarnationis ejus Millesimo Ducentesimo nonogesimo nono. Regnante Serenissimo Domino nostro Karolo Secundo Dei gratia Ierusalem, et Sicilie Rege, Ducatus Apulie, Principatus Capue, et Forcalquerii Comite. Regnorum vero ejus anno quintodecimo. Mense Ianuarii, duodecime Indictionis. Ego Jacobus Citus filius quondam Iudicis Iohannis Citi Civis Capue declaro in presentia Nicolai de Scarabono Capuane Civitatis Iudicis, et Matthei Canabarii publici eiusdem Civitatis Notarii, presentibus et ad hoc vocatis et rogatis testibus Notario Antonio Francisco, Notario Baynaldo de Giorgio, Iohanne de Elya, et Notario Iohanne cognomine de Aversa de Capua. Quia recepi a te videlicet Iudice Stephano Scutario, filio qu. Iudicis Iohannis Scutarii de Capua nomine dotis pro parte mulieris nomine Benevenute filie et mundualde tue, future uxoris mee in pecunia numerata uncias auri triginta sex ponderis generalis, et lectum unum cum apparatu suo, in quo apparatu est cultra una de buccarano sicut inter nos convenit. Quare per convenientiam bona mea voluntate, renuncians exceptioni non numerate et non tradite dotis, et auri non ponderati non soluti non electi, in presentia suprascriptorum Iudicis Notarii et testium guadiam tibi pro parte tua, et dicte filie tue dedi, et fideiussorem tibi pro tua et eius parte posui meipsum per convenientiam; et ad majorem cautelam et securitatem tuam, et eiusdem filie tue, tuorumque et eius heredum a presenti obligo tibi pro parte tua et dicte filie tue, et eidem filie tue, tuisque et ejus heredibus, vel cui hoc scriptum per vos vel per eos in

(1) Dagli originali in pergamena esistenti nell'archivio arcivescovile di Capua. A.

manu pervenit omnia bona mea mobilia et stabilia, quo habeo intus et foris eandem Capuanam Civitatem, et ubicumque mihi aliquid exinde pertinens iuventum fuerit. Tali tenore, quod si viventi suprascripta uxore mea me mori contigerit, heredes mei a die obitus mei et usq. in tres menses completos dent, et solvant atq. reddant eidem uxori mee, vel eius heredibus, seu cui hoc scriptum per eos in manu pervenerit uncias auri triginta sex ponderis suprascripti, et lectum cum apparatu predicto, preter id quod ex ipso lecto cum apparatu suo iusto usu consumptum et mercescitum fuerit, seu Dei iudicio igne crematum. Si vero me vivente predictam uxorem meam mori contigerit, et filium vel filiam ex communi procreatione mea et sua non habuero, et antequam habeat tres annos completos mortuus vel mortua fuerit; tunc ego vel mei heredes a die obitus sui et usque in tres menses demus et tradamus tibi suprascripto Iudici Stephano tuisque heredibus, vel cui hoc scriptum per vos in manu paruerit (sic) integram medietatem predictarum unciarum auri triginta sex, preter lectum cum apparatu predicto, quia sic inter nos convenit. Si autem ego, vel mei heredes non fecerimus et non compleverimus vobis et eis ea omnia per ipsum...... vel si hoc scriptum de quibus continet aliquando per qualecunque ingenium dirumpere vel removere quesierimus; sexaginta uncias auri boni pena me et meos heredes.......... obligo, et omnia suprascripta vobis vel eis pro complemento; et hoc scriptum de quibus convenit firmum permaneat semper per suprascriptam memoriam. Unde si necesse fuerit ad pignorandum obligo me ego qui supra Iacobus et meos heredes tibi suprascripto Iudici Stephano pro parte tua, et dicte filie tue et eidem filie tue tuisque et eius heredibus, vel cui hoc scriptum per vos vel per eos in manu pervenerit, scilicet de rebus et bonis meis licitis et inlicitis usq. ad legem. Hoc scriptum scripsi ego predictus Mattheus Notarius, qui predictis omnibus rogatus inferfui, et meo consueto signo signavi. Praeterea nos predicti Iudex Notarius et testes fatemur, quod predictus Iacobus Citus pro majori et tutiori cautela et securitate predicti Iudicis Stephani et eiusdem Benevenute filie sue et eius heredum; et ut cautius eis inde sit pro pecunia dotali, et lecto predictis a presenti coram nobis obligavit eidem Iudici Stephano pro parte sua, et ejusdem filie sue et eorum he-

redum[1], vel cui hoc scriptum per eos in manu pervenerit omnia bona sua mobilia, quam stabilia, que habet intus et foris eandem Capuanam Civitatem, et ubicumque sibi aliquid exinde pertinens inventum fuerit. Ita quod in alterutro casu mortis contingente de eodem Iacobo, vel de eadem Benevenuta uxore sua liceat eidem Iudici Stephano pro parte sua et eiusdem Benevenute sue, et eidem filie sue, vel cui hoc scriptum per eos in manu pervenerit omnia predicta bona sua tam mobilia quam stabilia auctoritate predicta absque iussu Iudicis et auctoritate Pretoris capere tenere et habere et vendere pretio quo poterit meliori, et se de pecunia dotali et lecto predictis in integrum quietare; et si quid supererit eis solvere teneatur. Capue.

✠ Ego qui supra Nicolaus Iudex.
✠ Ego Iohannes Raynaldus de Georgio testis interfui.
✠ Ego Antonius Franciscus Notarius testis interfui.
✠ Ego Notarius Iohannes cognomine de Aversa testis interfui.
✠ Ego Iohannes Domini Elye testis interfui.

2.°

In nomine dn̄i nr̄i Isu Christi. Anno incarnationis eius millesimo trecentesimo Sexto, Regnante dn̄o nr̄o Karolo Secundo Dei gratia Magnifico Rege Ierusalem, Sicilie, Ducatus Apulia et Principatus Capue, Provincie et Forcalquerii, Egregio Comite, Regnorum eius anno vicesimo Secundo. Die nono mensis Februarii, quarte Indictionis. Nos Iacobus de Leucio Capuane Civitatis Iudex, Nicolaus de Roberto publicus eiusdem Civitatis Notarius, et infrascripti licterati Testes, scilicet Iudex Iohannes Peregrini, dopnus Guillelmus de Carpinone Cancus Maioris Eccle Capuane, Notarius Thomasius Magistri Guillelmi et Notarius Iohannes de Aversa de Capua, ad hoc specialiter vocati et rogati, presenti scripto publico declaramus, atque fatemur, quod ante hoc tempus Thomasius et Iohannes, germani filii quondam Aversani Cinnami de Capua, dederunt et tradiderunt quondam Caratenutam mulierem, Sororem et mundualdam eorum, in uxorem legitimam Magistro Nicolao de Caserta Carpinterio habitatori Capue: et tunc ipsi germani dederunt et tradiderunt eidem Magistro Ni-

colao Sororio eorum nomine dotis, pro parte sua, et eiusdem Caratenuta uxoris sua *(sic)*, integras duas petias terre eorum sitas in pertinentiis Terre Lanei prope Villam Cornicelle, unam videlicet ex eis in loco ubi dicitur ad ultranum, et alteram ubi dicitur ad Baiulam, per fines inferius designatas, lucrifaciendas et restituendas in tota vel medietate ***secundum usum et consuetudinem Capue*** in omni ratione et ordine, sicut continetur in quodam Instrumento dotali dicti Magistri Nicolai, quod scriptum est per Nicolaum de Roberto, Notarium et per Iohannem de Gravina Iudicem roboratum. « Verum quia sicut Domino placuit dicta » mulier fuit morte sublata dicto Magistro Nicolao, vivente filio » vel filia trium annorum non relictis ex ea; propter quod medie» tatem ipsarum terrarum dictus Mag. Nicolaus Secundum Usum » et Consuetudinem Capue lucrifacit.» Ambe partes ad tractatum communium amicorum bona eorum voluntate de predictis terris ad subscriptam divisionem, ad hoc, ut quelibet earum integra remaneret unanimiter devenerunt: Scilicet, quod dicta terra, que est in predicto loco ubi dicitur ad Ultranum, tota et integra in potestate et possessione dicti Mag. Nicolai et suorum heredum perpetuo debeat remanere, ad faciendum exinde quicquid sibi vel suis heredibus placuerit: et dicta petia terre: que est in dicto loco ubi dicitur ad Baiulam, in possessione et potestate dictorum Thomasii et Iohannis germanorum et eorum heredum debeat perpetuo remanere, ad faciendum exinde quicquid sibi vel suis heredibus placuerit. Quibus germanis dictus Mag. Nicolaus addidit in nostri presentia, atque solvit ex causa dicte divisionis de sua propria pecunia (pro eo quod dicta petia terre, que est in loco ubi dicitur ad Ultranum, est maioris quantitatis terre, quam predicta petia terre, que est in predicto loco ubi dicitur ad Baiulam) uncias auri duas ponderis generalis. Quam quidem divisionem sic factam ambe predicte partes ratificaverunt et acceptaverunt et renunciaverunt se ad invicem legi de adequatione stantium partium facienda inter fratres et omni alio legum et constitutionum auxilio, Iuris Canonici et Civilis beneficio, per quod contra predicta, vel aliquid predictorum, ipsi vel sui heredes venire possent. Et preterea dicti germani obligaverunt se et eorum heredes dicto Mag. Nicolao et suis heredibus teneri sibi de....... in predictis unciis auri duabus. De quibus omnibus et

singulis percomplendis et observandis sibi ad invicem, ut perleguntur, sicut inter eos convenit, pro pena duodecim unciarum auri boni pacto rato manente, bona eorum voluntate in nostri presentia ad sancta Dei Evangelia ab eis tacta, ambe partes sibi ad invicem iuraverunt et guadiam sibi ad invicem dederunt et fideiussores sibi ad invicem posuerunt, obligaverunt se sibi ad invicem et eorum heredes si necesse fuerit, ad pignorandum scilicet de rebus eorum licitis et illicitis usque ad legem. Predicta namque petia terre, que est in predicto loco ubi dicitur ad Ultranum, hos habet fines, ab uno latere est finis terra Nicolai Iohannis de Maffeo, ab alio latere est finis terra dni Rogerii Pandone Cancellarii Capuani, ab uno capite est finis terra Girardi de Foresta, et dne Iuhanne uxoris sue, ab alio capite est finis via publica. Secunda petia terre est in loco ubi dicitur ad Baiulum, et hos habet fines, ab una parte est finis via publica, ab aliis tribus partibus est finis terra heredum quond. Petri de Aquaviva. In cuius rei testimonium et dicti Mag. Nicolai suorumque heredum cautelam, confectum est de premissis per me dictum Nicolaum Notarium presens publicum Instrumentum subscriptionibus nostrorum predictorum Iudicis et Testium roboratum. Quod scripsi ego predictus Nicolaus Notarius, qui predictis rogatus interfui, et meo consueto signo signavi. Capue.

✠ Ego qui supra Iacobus Iudex.

✠ Ego Iudex Iohannes de Peregrino testis interfui.

✠ Ego Guillelmus de Carpinone Canonicus Capuanus testis interfui.

✠ Ego Thomasius Guillelmi Notarius testis interfui.

3.°

In nomine Domini nostri Jesu Christi — Anno Incarnationis eius millesimo trecentesimo trigesimo septimo, regnante serenissimo Domino nostro Roberto Dei gratia inclito rege Ierusalem et Sicilie, Ducatus Apulie, et Principatus Capue, Provincie, et Forcalquerii, ac Pedimontis Comite, Regnorum eius anno vicesimonono die septimo mensis Augusti, quarte indictionis — Nos Nicolaus Ruti Capuane civitatis Iudex, Paulus de Onufrio eiusdem Civitatis publicus per provinciam Terre Laboris, et Co-

mitatus Molisii Regia auctoritate Notarius, et infrascripti litterati testes, videlicet Nicolaus de Pascasio, Notarius Henricus, Iohannes Magistri Stephani, September Cardinalis, Notarius Patinus de Rutio, et Iohannes Magistri Stephani de eadem Civitate ad hoc specialiter vocati, et rogati. Presenti scripto publico declaramus atque fatemur quod providus vir Paulus Magistri Francisci de Capua frater et Mundualdus legitimus domicelle nomine Marie sororis sue nate dicti quondam Magistri Francisci bona sua voluntate eandem Mariam suam sororem per manum dedit, tradidit, et assignavit in uxorem legitimam ad semper habendam et tenendam cum integro mundio et frenu, omni parte et pertinentia sibi pertinentibus ex eadem Thomasio Notarii Iohannis de Stadio de Caserta; qui Thomasius et Maria bona eorum voluntate per verba actu mutuo consensum exprimentia de presenti matrimonium inter se coram nobis legitime contraxerunt; ipsa tamen muliere dicendo ei Ego Maria accipio te Thomasium in legitimum maritum et virum meum; et e converso ipso Thomasio similiter ei dicendo Ego Thomasius accipio te Mariam in legitimam uxorem meam; quam sic ipse Thomasius coram nobis susceptam anulo Fidei subarravit, maritali zona precinxit, osculatus fuit eam, et secundum legem ipsam sibi sociavit uxorem. Cuius matrimonii contemplatione dictus Paulus bona sua voluntate dare convenit et promisit dotis nomine et in dotem eidem Thomasio nomine et parte ipsius Marie sororis sue untias quinquaginta, videlicet in pecunia numerata hinc et usque ad festum Nativitatis Domini primo futurum anni proxime future Indictionis untias auri decem, et in auro, argento, pernis, et iocalibus aliis appreciandis per communes consanguineos et amicos untias decem, res mobiles dotales, pannos scilicet et ligamenta capitis ana octo, lectum unum cum apparatu suo, de ere laborato libras sexaginta, et par unum de sericis cum dictus Thomasius eandem Mariam uxorem suam ad domum suam duxerit sponsaliarium intervenientis sollepnitatibus: et pro unciis auri triginta de summa sopradicte dotalis pecunie per eundem Paulum eidem Thomasio ad solvendam restantibus idem Paulus bona sua voluntate a presenti coram nobis per fustem, guadiam, et stipulationem sollempnes dedit, tradidit, et assignavit dotis nomine et in dotem ipsi Thomasio pro parte ipsius Marie soro-

ris eius petiam terre unam suam censualem, ut dixit, sitam prope Casale Sancti Nicolai ad Stratam, iuxta viam publicam ad uno capite, iuxta terram Notarii Gualterii de Epiphania de Capua, et alios confines, una cum omnibus ibi habentibus subpter et super et cum viis suis ibidem intrandi et exeundi, atque cum omnibus aliis suis pertinentiis ad possessionem et potestatem dictorum Thomasii et Marie conjugum et eorum heredum, ad habendum, possidendum, et recognoscendum illam a dominio cujus tenetur. Et dictus Thomasius bona sua voluntate cum auctoritate quoque et voluntate predicti Notarii Iohannis de Stadio patris sui ad hoc presentis et eidem Thomasio nato suo ad infrascripta omnia et singula coram nobis auctoritatem prestantis consentiens prius in me predictum Iudicem Nicolaum tanquam in suum, cum se sciret de mei jurisdictione non esse, a presenti constituit, ordinavit, et fecit eidem Marie uxori sue pro mephio et quarta uncias auri decem et octo auctoritate eidem Marie ipso Paulo fratre suo in hiis omnibus et singulis predictis et infrascriptis lucrifacienda dicta quarta per predictam Mariam si dictum Thomasium virum suum sibi, quod absit, premori contigerit, *iuxta usum et Consuetudinem Civitatis Capuae diutius observatas.* Quas quidem untias auri decem, et decem alias in rebus predictis, iocalibus, ut prelegitur appretiandis, dictamque petiam terre ac untias decem et octo pro quarta ut premittitur constitutas, et res mobiles dotales predictas, preter id quod de ipsis rebus mobilibus dotalibus iusto usu consumptum vel mercessitum fuerit, seu Dei iudicio igne crematum, idem Thomasius cum auctoritate predicta bona sua voluntate sollepniter coram nobis convenit et promisit et se et suos heredes eidem Paulo pro parte ipsius Marie et suis heredibus pro se et eis stipulantibus sollepniter obliga..... facere et restituere iuxta predictos usum et Consuetudinem Civitatis Capue in alterutro casu mortis primo contingente de ipso vel de ipsa uxore per penam unciarum auri centum presenti pacto rato manente Regie Curie, si per eundem Thomasium vel suos heredes secus inde fieret, applicandam; quam penam ego predictus Paulus Notarius pro parte et nomine Regie Curie fui a predicto Thomasio sollepniter et legitime stipulatus; guadiam nihilominus idem Thomasius ipsi Paulo pro ipsius sororis sue parte dedit et fideiussores sibi pro parte dicte Marie

sororis eius et eidem Marie proinde posuit infrascriptos videlicet Dominum Iacobum de Auferio de Caserta, Nicolaum Domini Riccardi Russi de Magdalono, Iudicem Eustasium Stantionum, Iudicem Thomasium Stantionum, Iudicem Iacobum de Sancta Barbara, Iudicem Petrum Marenda, Iudicem Mattheum de Angelo, Notarium Adenulfum de Palma, Notarium Iacobum Falcum, Notarium Iohannem De Angelo, Notarium Iohannem de Rocca, Iohannem Riccardi Iudicis, Magistrum Petrum Imperialem, Robertum Magistri Guidonis........ Stantionum Guillelmum Magdalonum, Manfridum de Raynaldo, Angelum Magistri Peregrini de Magdalono, Iohannem Iudicis Riccardi Imperialis, Philippum de Saxa..... Petri de Marrano, Leonardum Magistri Iacobi, Casertanum de Leonardo, Philippum Imperialem de Caserta, et Stephanum de Francisco de Capua presentes et sponte quemlibet videlicet eorum in solidum fideiubentes et consentientes prius in me predictum Iudicem, cum se scirent de mei iurisdictione non esse; seque ipsos et quemlibet eorundem et suos heredes in solidum coram nobis voluntarie et sollepniter eidem Paulo pro parte ipsius Marie sororis eius eidem Marie et suis heredibus pro se, et eis stipulantibus obligantes ad suprascriptam penam unciarum auri centum presenti pacto rato manente Regie Curie si per predictos fideiussores et quemlibet eorundem vel suos heredes in solidum secus inde fieret, applicandam; quam penam ego predictus Paulus Notarius pro parte ipsius Regie Curie fui a predictis fideiussoribus et quolibet eorum in solidum sollepniter et legitime stipulatus. Renunciantes nihilominus bona eorum voluntate dicti Thomasius principalis, cum auctoritate qua supra, et fideiussores, et quilibet ipsorum pro se et suis heredibus coram nobis sollepniter super hiis actioni et exceptioni doli mali, vis, metus, et in factum rei aliter et alibi geste et celebrate quam in presenti instrumento continetur, exceptioni non exhibite et non tradite dotis, auri non ponderati non soluti non electi et non recepti, conditioni ob causam sine causa indebiti, et ob turpem causam, epistole divi Adriani, autentice presenti constitutione nove legis de fidejussoribus, legi de conveniendo primo principale, quam fidejussore, legi quoque dicenti generalem renunciationem non valere, et illi legi per quam tenetur et dicitur, quod dictis iuribus renuntiari non potest, ac omni alii le-

gum et constitutionum auxilio, iuris canonici et civilis beneficio, per quem vel per quod dicti principalis et eius fideiussores et quilibet eorum in solidum vel ipsorum heredes contra predicta vel aliquid predictorum possent facere vel venire presens instrumentum in toto vel in parte infringere sine quo de tenoribus modolibet irritare: asserentes se dicti principalis et fideiussores et beneficiis ipsarum legum et iurium fore certioratos. Sollepnibus guadia et stipulatione super hiis intervenientibus inter eos. In cujus rei testimonium et dicte Marie suorumque heredum cautelam presens publicum instrumentum exinde confectum, scriptumque per manus mei publici Notarii supradicti signo meo solito signatum, signo et subscriptione mei predicti Iudicis et nostrorum subscriptorum testium subscriptionibus roboratum — Actum Capue.

✠ Ego qui supra Nicolaus Iudex.
✠ Ego Nicolaus de Pascasio testis interfui.
✠ Ego Iohannes Magistri Stephani testis interfui.
✠ Ego September Cardinalis testis interfui.
(L. S.)

IV.

BANDO PER L'ANNO 1470 FATTO DAL REGIO CAPITANO DI CAPUA COL CONSENSO E BENEPLACITO DEGLI ELETTI DELLA CITTÀ (1).

Copia estratta dall'archivio della città di Capua, libro 1° di Cancelleria — Folio 35.

Banna et mandata ordinata et facta per magnificum Virum Gasparem Scalis Regium Capitanium Civitatis Capuae et eius Curiam ex Commissione potestate et balia eidem Capitaneo concessa per sacram Regiam Maiestatem cum expresso consensu voluntate et beneplacito magnificorum virorum Andreae de Dominico Loysii dela Valle Galassi de Vineis Antonii Sarraceni Notarii Loysii de Ingnyani et Melchioris de Nuce presentium sex Electorum ad regimen Civitatis predictae sub anno domini M. CCCCLXX.

1. In primis che nulla persona de qualunca stato preheminencia et condicione se sia tanto masculo quanto femma *(sic)* citatino o frosteri de la dicta cita debia dire le infrascripte parole ad persona nisuna, cio e cornuto traditore in dela dicta cita de Capua et suo destricto ala pena de uncze quactro da applicarese ala dicta corte ad arbitrio del dicto Capitaneo et sua corte seu aliis successive futuris et primo se debbia satisfare ala parte offesa et che possa inquidere contra de quella ex suo mero officio, non obstante che la parte non denunciasse. Videlicet la tercza parte de epsa pena allo capitaneo et lo residuo ala Universita.

2. Item che nulla persona ut supra debia portare arme prohibita in dela dicta cita et suo destricto, tanto privilegiati quanto non privilegiati in ante che consta alo dicto capitaneo de tale privilegio ala pena de pena de uncza una et de privacione del arme da applicarese la dicta pena per la tercza parte a lo dicto Capitaneo et lo resto alle comone de la dicta cita.

3. Item che nulla persona ut supra debia andare de nocte poy

---

(1) Nell'antico ordinamento municipale e giudiziario delle provincie napoletane merita particolare attenzione il sistema di pubblicazione dei bandi annuali, come sarà esposto a luogo proprio; per ora si pubblica questo antico ed autentico documento tratto dall'archivio della città di Capua. A.

lo sono de la tercza campana in ciò ordinata per la dicta cita et suo destricto, ne ben facendo, ne male facendo sencza lume o foco ala pena de uncze doy et se ey homo de mala fama de quactro tracti de corda ad arbitrio del dicto capitaneo de applicarese ut supra.

4. Item che nulla persona ut supra debia iocare ad ioco de dati ad asso sencza homo tercza et quarta et tanta per forcza et altri jochi prohibiti ala pena de uncza una da applicarese ut supra.

5. Item che nulla persona de cio che stato et condicione se sia ut supra debia byastemare dio overo la gloriosa Vergine Maria o altro Sancto ala pena se contene nelle Sacre constitutione, o de uncza una da applicarese ut supra et ad arbitrio de ipso Capitaneo.

6. Item che nulla persona ut supra debia iocare ad palloctole dentro la dicta cita de Capua ad stracquatora ala pena de uno augustale da applicarese ut supra.

7. Item che omne persona habitante dentro la cita de Capua et precipue artisani dal primo di del mese de Mayo per tucto Septembro debiano havere annectato omne Sabato avante loro potheche ala pena de tare uno per volta che contra sarra applicata ut supra.

8. Item che non sia licito ad persona nulla habitante intro la cita de Capua che possa ne debia conducere in extaglio seu ad parte prato alchuno da qualsevoglia persona che non abia bestiame per lu quale ipso lo abia ad conducere et che non de ave nollo possa conducere per nullo modo excepto sa havesse da tanta bestie vacchine o bofarine et iumentine ultra ala pena de uncze quactro applicate ut supra.

9. Item che non sia licito ad persona nulla che ave terra pratale che levato che ne sarra lo feno da esse terre, non possa pigliare fida alcuna da nulla persona frostera ne da citatino. Altro se fosse solito daffidarese ala pena de uncza una applicata ut supra.

10. Item che non sia nulla persona de cio che stato et condecione se sia tanto citatino quanto frosteri habitante in essa cita che possa, ne devia gectare ne fare gectare nelle strade pubbliche de di ne de nocte mondecza ne altra bructura ala pena de uno tare applicatus ut supra.

V.

DOCUMENTI I QUALI DIMOSTRANO CHE IL VICARIO DELL'ARCIVESCOVO DI CAPUA ERA SOTTOPOSTO A SINDACATO PER LA GIURISDIZIONE CHE ESERCITAVA (1).

Estratti dall' archivio della città di Capua, lib. 23 di Cancelleria, f. 255 — lib. 24 f. 58.

Il 22 aprile 1564

La città di Capua dirigeva petizione al Cardinale Arcivescovo per diversi oggetti, fra i quali il seguente:

4° Dippiù si supplica si degni concedere per suo Vicario in detta città persona qualificata dabbene e che sia Vescovo, sì perchè il luogo lo ricerca, sì anche per universale soddisfazione della città, ordinando che in fine del tempo stia al debito Sindacato secondo l'antico solito e siccome vogliono le divine e le umane leggi.

La domanda fu firmata dagli Eletti della città:
Giambattista di Capua
Antonio Macciotta
Alessandro Vignarulo U. J. D.
Lorenzo Zarrillo
Melchiorre Noce
Notar Giac. Cepullo.
Era sindaco Giampietro Olimpio
Arcivescovo Nicola Gaetano dei Duchi di Sermoneto.

---

(1) Fra le guarentigie che finò al 1806 hanno goduto le Università delle provincie napolitane v'era quello di sottoporre a Sindacato gli Uffiziali giudiziarii così regii come baronali quando era compiuto l' anno delle loro funzioni, di che parlerò a luogo opportuno: qui ho voluto pubblicare i documenti dimostranti un fatto gravissimo e non mica ordinario dell'arcivescovo di Capua che sottopose a Sindacato i suoi Vicarii: a suo luogo riporterò altro simile documento del Vescovo di Squillace. A.

La risposta dell'arcivescovo fu:

Circa al 4° capitolo vi prometto di fare ogni diligenza in mandar l'ufficio del vicariato *(sic)* **persona che sia idonea e che alla fine dell'ufficio abbia da stare a Sindacato e li Sindacatori si abbiano da elegere da me.**

Posteriormente si legge:

Al ultimo di Marzo 1565

. . . . .

Si sono anco ricevute lettere del Illustrissimo Cardinale di Sermoneto videlicet:

A tergo: Alli Illustri Signori come fratelli li Signori Eletti di Capoa.

Intus vero: Illustri S.ri come fratelli etc. Douendosi partire di costà il Vicario per hauerli deputato il successore che hora per esercitare quell' offitio se ne uiene hò uoluto anco mandar con esso lui M. Metello Cifera mio auditore perche egli intenda se nel tempo del suo Vicariato ci fusse alcuno che di aggraui fatti si potesse doler di lui mi hà parso di farlo sapere alle SS. VV. perche sento da me mandato per questo, sappino anco che nō mancarà di far giustitia , et con questo rimettendomi nel resto à lui di quel piu che a mio nome dirà loro fo fine e me gli raccomando. Da Roma li XVI di Marzo MD.LXV.

E perche l'altr'hieri fece l'Ingresso M. Nicolò Durante nuouo Vicario il predetto M. Metello Sindicatore di Giacobo Zappo passato Vicario hà facto li editti publici et affissi nella maggior chiesa di Capua e S.ta Maria et altri casali con dare il termino a ciascuno che si sentisse aggrauato di detto olim Vicario fusse andato ad esporre sua querela che li sarebbe ministrato compimento di giustitia.

Le Consuetudini della Città di Aversa

Consuetudines obtentae et approbatae in civitate Aversana in assignatione dotium, lucrifactione et restitutione ipsarum, constitutione dodarii et ipsius lucrifactione, et aliis ex eisdem contingentibus.

CAP. I.

In primis si sponsalia inter impuberes vel alium ex contrahentibus puberem contrahantur, et pecunia data fuerit in dotem vel arra pro ea, et expensae factae fuerint in vestitu et ornamentis sponsae, solutis sponsalibus morte alterius intra tempora impubertatis alterius contrahentium, vel ex licita reclamatione alicuius ad pubertatem venientis, pecunia data pro dote vel arra ipsius restituatur, deductis expensis factis in vestitu et ornamentis sponsae, ipsi sponsae remanentibus vestitu et ornamentis eisdem. Si vero impubes a viro in facie Ecclesiae desponsetur, et dodarium sibi constituatur ab eo, et in eius domum ducatur, et incognita a viro remansit, eo defuncto, vel aliter dissolutis sponsalibus, dodarium ipsum non habeat. Si vero remanserit cognita, integrum habeat dodarium constitutum.

CAP. II.

Item si matrimonium contrahatur inter aptos ad matrimonium contrahendum cum dotibus in pecunia et aliis rebus mobilibus, et factis subarrationibus pecunia pro dote solvatur, et sic fideiussoria cautio praestetur a parte viri parti uxoris de restituenda ea usque ad tempora sponsaliorum finalis solutionis dotium et inductionis in domum valitura. Et si de ipsa pecunia expensae factae fuerint in uxore pro vestitu et aliis ornamentis ipsius ante carnalem copulam, et antequam uxor ducatur in domum viri, solvatur matrimonium morte viri, pecunia soluta pro dote integraliter restituatur uxori seu danti pro ea, et uxor quia

tacta et osculata remansit a viro, lucrifaciat sibi robbas et ornamenta. Si autem cognita a viro in domo patris vel sua remanserit, dodarium in quantumcumque conventum, si casu non fuerit in facie Ecclesiae constitutum, habere non debeat, imputetur enim sibi quod tam praemature virginitatem suam amisit. Si vero solvatur matrimonium morte uxoris ante tempus sponsaliorum et inductionem in domum viri, ipse vir teneatur pecuniam acceptam heredibus mulieris vel danti pro ea integre restituere, assignatis sibi a patre vel heredibus mulieris robbis et ornamentis sibi factis ab eo, prout invenientur.

CAP. III.

Si matrimonio legitime contracto, dotibus assignatis, dodario constituto et uxore in domum viri deducta, matrimonium morte uxoris solvatur, filio suscepto ex ea, et si tamen filius in fata decesserit, dum tamen in suo ortu vivus nascatur, maritus omnes dotes sibi datas et traditas lucrifaciat, et robbae et ornamenta defunctae uxoris sibi remaneant, et vir faciat uxorem honorifice sepellire. Et uxor possit invito viro vel patre viri legare decimam partem dotis assignatae in pecunia pro anima sua, non computatis in ea expensis factis in funere, quas maritus facere tenetur. Si autem uxor inducta in domum viri praemoriatur viro, filio non suscepto ex ea, dotes restituantur, retento tamen lecto uno cum minori cultro, deductis expensis in funere uxoris a marito factis, et res sicut inveniuntur, restituantur, vel earum pretium.

CAP. IV.

Si matrimonium carnali copula consumatum morte viri solvatur, non suscepta prole ex uxore superstite, omnes dotes, tam in pecunia quam in corredo consistentes, pro ipsa traditae vel datae, sibi vel danti pro ea integre restituantur, et mulier habeat dodarium a viro sibi constitutum et omnes robbas, corrigias (1) et alia ornamenta sibi facta a viro, ita quod valor eo-

(1) Se la *coreggia*, lat. *corrigia*, fosse stata sempre non altro che una *cintura di cuoio*, non sarebbe valuto la pena di farne qui espressa

rum medietatem dotium in pecunia numerata consistentium non excedat; et si quid ultra fuerit, deducatur ex dote.

CAP. V.

Si matrimonium morte viri solvatur, prole ex uxore suscepta, etsi statim natus partus, dum tamen legitimus (1), in fata decesserit, vivo tamen nato, heredes viri lucrifaciant dotes in pecunia tantum; corredum, robbae, et alia ornamenta uxori remaneant, et dodarium sibi a viro constitutum sibi integraliter exolvator.

CAP. VI.

Si de quantitate dodarii conventum et expressum non fuerit tempore constitutionis ipsius, intelligatur et constituatur pro integra medietate pecuniae assignatae in dotem: videlicet si dotes sunt viginti unciae, dodarium constituatur decem.

CAP. VII.

In quolibet praescriptorum casuum, quo constitutum dodarium debetur, et dotes in restitutione existant, donec dotes restituuntur, dodarium solvatur. Et uxor si honeste voluerit custodire thorum mariti, habeat victum et vestitum, et alia necessaria de bonis viri seu patris eius, etiam si alimenta a viro non fuerint

---

menzione; ma con quel nome s' indicarono cinture di ben altra materia che di cuojo, e quindi di molto valore. Il Natale nel comento alla Consuetudine di Capua fa menzione d' un testamento scritto nel 1401, nel quale il testatore Iacopo Marzano di nobile famiglia capuana dichiarava « se habere *corrigiam* unam de argento muliebrem deauratam pondere » librarum duarum. » — Leggiamo in Muratori (Ant. ital. dissert. 23) un luogo dello Statuto di Modena del 1327 nel quale si proibiva alle donne *portare centuram vel* coregiam *quae valeat ultra decem Libras Mutinensis.* Di simili cinture dovè parlare Dante, Par. XV, 101. A.

(1) Il Pelliccia con ragione nota che la parola *legitimus* qui non vale *nato da giuste nozze,* perchè sarebbe stata una inutile ripetizione di un'idea già espressa colle precedenti parole *prole ex uxore suscepta*, ma significa *nato a tempo*, *nato vitale*, in opposizione all' aborto; così tutto il pensiero sarebbe *nato vivo e vitale sebbene morto subito.* A.

relicta: solutis vero dotibus et dodario, uxor alimenta non habeat, sed solum habitationem domus, donec thorum honeste voluerit custodire.

CAP. VIII.

Item quod uxor viro praemortuo, de rebus sibi hypothecatis a viro pro dodario sibi constituto, si cedere voluerit alimenta quae habet in bonis mariti, vel ad secunda vota migrare voluerit, integre fructus et proventus de rebus sibi hypotecatis percipiat, donec sibi de dodario satisfiat, nihil derogando sorti dotis et dodarii.

CAP. IX.

In quolibet casu, quo dotes sunt in restitutione et dodarium debetur, dotes seu dodarium peti et exigi non possint, nisi elapso anno a die soluti matrimonii computando, nisi maritus in ultima voluntate sua dotes et dodarium uxori legaverit, quo casu propter commodum repraesentationis ius scriptum servetur. Completo vero anno, si mulier elegerit dotes et dodarium habere et alimenta remittere, dotes et dodarium sibi integraliter exolvatur, vel de bonis viri seu patris eiusdem tantum sibi assignetur, de quo mulieri sufficienter sit cautum.

CAP. X.

Si bona stabilia dentur in dotem, in assignatione, lucrifactione et restitutione earum, communia iura serventur: nisi aliter super his et omnibus nominatis inter contrahentes expresse conveniat.

CAP. XI.

Item quod in praescripto casu, ubi uxor in domum viri inducta viro praemoriatur, filio non suscepto ex ea, et dotes in restitutione existant, vir superstes restituere teneatur quicquid de corredo pignori obligaverit vel vendiderit.

Unde ad perennam memoriam haec praesens constitutio Aversana cum volontate et consensu omnium facta est. Deo gratias. Amen.

INDICE

Prefazione . . . . pag. 3

Consuetudine di Capua ed altri documenti della città stessa. » 13

I. *Usus et consuetudo super matrimoniis* . . . . . . » ivi

II. *Atto del 20 novembre 1480 col quale comincia il registro in cui è trascritta la riportata Consuetudine con altre grazie e privilegi di Capua* . . . . , » 19

III. *Contratti di matrimonio stipulati in Capua negli anni 1299, 1306, 1337* . . . . » 21

1° . . . . » ivi

2° . . . . » 23

3° . . . . » 25

IV. *Bando per l'anno 1470 fatto dal regio Capitano di Capua col consenso e beneplacito degli Eletti della città* . . » 30

V. *Documenti i quali dimostrano che il Vicario dell'Arcivescovo di Capua era sottoposto a sindacato per la giurisdizione che esercitava* . . . . » 32

Consuetudine di Aversa . . . . » 35

CAPITOLI DELL'ASSISA

O

STATUTI

DELLA CITTÀ DI CAIAZZO

ORA PER LA PRIMA VOLTA PUBBLICATI

CON PREFAZIONE

DI

NICCOLA ALIANELLI

Pel comento pubblicatone dal giureconsulto Nicolò de Simone (1) era già noto che la Città di Caiazzo ebbe i suoi Statuti municipali.; ma si avea il testo del solo capo 77 di essi, poichè degli altri il comentatore premetteva appena un cenno alle sue ampie osservazioni (2).

Nella speranza che se ne fosse conservato se non l'originale almeno qualche antica copia manoscritta, raccomandai al Pretore sig. Francesco Terzani ed al Sindaco sig. Bernardino Carbone farne ricerche, e per le cure di essi e di quante sono in Caiazzo persone culte e gentili ebbi dopo breve tempo due esemplari diversi, che han servito di originale alla mia pubblicazione.

Uno di questi esemplari, che chiamerò primo, appartiene al Canonico D. Giambattista della Porta: è del sesto in foglio di carta comune da scrivere, legato in pelle, in buono stato di conservazione: il carattere senza esser bello è abbastanza chiaro, frequenti sono le abbreviature, ma non di difficile spiegazione, per poco che si abbia pratica delle scritture antiche.

---

(1) *Super Statutis municipalibus civitatis Calatiae observationes, ubi etiam de antiquo statu et praestantia civitatis eiusdem, auctore Nicolao de Simone iurisconsulto Calatino — Neapoli MDCCXL, ex typographia Iosephi Severino.* Tm. un. 4°.

(2) Lorenzo Giustiniani nel *Dizionario geografico del regno di Napoli,* articolo *Caiazzo*, scrisse che nel libro del di Simone si trovava il testo degli Statuti; questa inesattezza è tanto più notevole, perchè lo stesso autore avea scritto l'opposto nell'altra sua opera *Memorie storiche degli scrittori legali del regno di Napoli,* articolo *Simone (di) Nicola,*

Il secondo esemplare appartenente al detto sig. Carbone è pure del sesto in foglio come l'altro, non è legato: il carattere è migliore in questo che nel precedente, e le abbreviature meno frequenti. A primo sguardo si vede che questo secondo esemplare è meno antico dell' altro, in cui la pelle di copertura e le carte hanno preso una tinta molto oscura. Nel primo non manca alcuna carta, ma il menante tralasciò un capo; nel secondo mancano due carte per mezzo ed altre in fine.

Siccome i due esemplari si compiono a vicenda, in questa pubblicazione nulla manca. Errori evidentemente di scrittura ve ne sono in entrambi, ma anche in ciò è riuscito utilissimo aver due esemplari, l'uno correggendo l'altro.

Ciò in quanto allo stato materiale; passo a dire del contenuto.

L'esemplare che ho chiamato primo ha il seguente frontespizio: *D. O. M. Capitoli e privilegii che possiede l'antica città di Caiazzo, protetta da' SS. Vescovi Stefano e Ferdinando Protettori di essa.*

Esso contiene due parti distinte. Nella prima sono trascritti varii *decreti e provvisioni* del supremo tribunale del regno, chiamato Sacro Regio Consiglio, e del Consigliere delegato per le cause tra la città ed il feudatario, colle notificazioni di essi, più una provvisione dell' altro tribunale denominato Regia Camera della Sommaria tra le stesse parti, ed in fine si leggono le seguenti parole: « I. M. I. — Copia delli decreti del S. « R. C. e delle provvisioni conservatoriali di esso S. C., con- « sistente detta copia in carte n. 38; quale copia è stata cac- « ciata dal suo originale da me Claudio Cito Cancelliere di que- « sta Corte di Caiazzo (1), e nel medesimo libro stanno anco « copiati li Capitoli municipali di detta città, quale copia è « stata estratta dalli Capitoli che si conservano dalli sig. Mi- « nistri dell' illustrissimo sig. Marchese Padrone il che devono « secondo giusta la sua copia (*sic*)—Oggi 11 giugno 1684 (2).»

---

(1) S'intende della Corte del feudatario che aveva la giurisdizione civile e penale (*iurisdictionem et imperium*) di 1ª e 2ª istanza. Non sempre però Caiazzo fu tenuto in feudo, come è noto dalla storia. Quando fu scritto il capo 1 degli Statuti era città regia o *demaniale* come allora si diceva.

(2) Degli atti del S. R. C. il più antico ha la data 1539, l'ultimo 1647,

Questa prima parte non è compresa nella mia collezione, poichè non è relativa agli Statuti particolari di Caiazzo, ma è l'applicazione delle regole di Diritto comune del regno su' rapporti giuridici tra i feudatarii e le Università *(comuni)*, di che largamente parlano le collezioni delle antiche leggi e delle decisioni de'tribunali, ed i libri de'giureconsulti napoletani (1).

---

e perciò tutti anteriori al 1684 quando Cito fece la copia; ma la provvisione della R. C. della Sommaria è del 1723, quindi è chiaro che dovè essere aggiunta posteriormente all'esemplare scritto dal Cito. Nè può dirsi che vi sia errore nella data della copia del 1684, perchè questa è ripetuta altra volta come si dirà.

(1) Su questo argomento degna di particolare attenzione è l'opera col titolo *De gravaminibus vassallorum* del giureconsulto Giov. Maria Novario di Pisticci in Basilicata, in tre volumi in foglio, pubblicati la prima volta in Napoli negli anni 1634, 1635, 1642, e di poi più volte ristampata ivi, in Venezia ed in Genova.

Ma perchè i miei lettori abbiano qualche notizia dell' oggetto di quelle contestazioni e delle pronunziazioni de'giudici, ridurrò queste ai sommi capi.

1. Come si è detto, il feudatario di Caiazzo avea la giurisdizione civile e penale in 1ª e 2ª istanza. Fu disposto che non potesse esercitarla personalmente, ed in generale che nè egli nè il suo *Erario* o altro suo famigliare dovessero prendere alcuna ingerenza nell'amministrazione della giustizia: il feudatario non avea altro dritto che di nominare il giudice, *Capitanio*, ed in caso di breve assenza del medesimo il *Luogotenente*, ambi soggetti al *Sindacato* dell'Università. Che se il Capitanio o il Luogotenente non fosse Dottore in legge, doveasi nominare ancora il Consultore Dottore.

2. Fu disposto non procedersi a carcerazione d'imputati se non dopo raccolte le prove (*capta informatione*), e che subito dopo la carcerazione l'imputato fosse ammesso a dare le sue difese.

3. Per le cause civili di valore non eccedente carlini 30 (l. 12. 75) fu disposto che il procedimento fosse verbale (*oretenus*).

4. Fu conservata la città nell'antico possesso di far suoi tutti i proventi che si traevano dall'amministrazione della giustizia, comprese le *composizioni* pe' delitti, le quali non si potevano accettare che col consenso degli amministratori della città: questa però avea l'obbligo di pagare lo stipendio del Capitanio in annue once 12 oltre l'abitazione e di sostenere tutte le altre spese necessarie.

La seconda parte del detto esemplare contiene propriamente gli Statuti, preceduti dall'indice de'capi e dalle seguenti parole:

« Incipit Libellus Iurium Municipalium Civitatis Calatiae.

« Anno Domini 1483 secunda indictione infrascripta Capitu-
« la, Constitutiones et Statuta copiata et extracta fuerunt a li-
« bro nomine Assisiae Civitatis Calatiae per venerabilem virum
« Dominum Ioannem Pendeolum, et ad instantiam Magnifici
« viri Domini Iacobi Squaccari utilis domini feudi Canneti, qui
« Dominus Iacobus dixit et voluit vivere secundum praedictas
« ordinationes, constitutiones, consuetudines, statuta et capitula
« dictae civitatis Calatiae in dicto suo feudo, et ideo ad roga-
« tum dicti Domini Iacobi fuerunt sibi decreta dicta capitula
« dictae civitatis, prout infra in praesenti libro continentur,
« et ita ego praedictus Ioannes Penneolus praedicta capitula
« fateor mea propria manu scripsisse et copiasse a libro su-
« pradicto dictae civitatis Calatiae. »

Vengono poi gli Statuti nel modo come ora si pubblicano e si chiude il volume come segue:

« Finis copiae Capitulorum municipalium civitatis Calatiae
« sub die 11 iunii 1684. Claudius Cito Cancellarius.

« Li retroscritti Capitoli, Decreti, Provvisioni del S. R. C.
« sono stati copiati per consegnarsi da noi sottoscritti Eletti
« di questa città di Caiazzo alli Magnifici del Governo di essa,
« acciò li osservino e faccino osservare giusta la loro serie,
« continenza e tenore. E noi Sindici presentemente, cioè li
« Magnifici sig.ʳ D. Tommaso Antonio di Giglio, sig. Bernardi-
« no Faschi e Giovanni Squeglia abbiamo fatto ricopiarli, ac-
« ciò l'originale si conserva in archivio ad futuram rei memo-
« riam e la presente copia si conserva dalli Eletti presenti e
« futuri. Dato in Caiazzo li 25 gennaro 1760. »

Da quanto precede risulta che nel 1483 esisteva il libro denominato *Assisiae Civitatis Calatiae*, ossia delle risoluzioni prese

---

5. Ogni qual volta si dovesse deliberare per liti o altro contro il feudatario, fu dichiarato potersi riunire il popolo in generale parlamento (*congregare in pleno regimine et unita congregatione omnium vel maioris partis civitatis*), senza intervento dell'Officiale del feudatario, *venia prius petita licet non obtenta.*

nel generale parlamento della Città, per cui gli Statuti presero il titolo di *Capitoli dell' Assisa* di Caiazzo (1). Da questo libro fu nel detto anno tratta la copia da Giovanni Pendeolo a richiesta di Giacomo Squaccari.

Se nella copia del Cancelliere Cito fatta nel 1684 si comprese la dichiarazione del Pendeolo di sopra trascritta, bisogna dire che il Cito ebbe per originale la copia del 1483, e non il libro dell'Assisa, il quale forse non esisteva più perchè distrutto o smarrito ne' due secoli ch'erano trascorsi.

Ma neppure la copia del Cito abbiamo, neanche quella tratta dalla medesima nel 1760 e che fu sottoscritta dagli Eletti, perchè nel nostro esemplare non vi sono tali sottoscrizioni: probabilmente questo è quello che nell'anno stesso fu fatto scrivere da'Sindaci per aversi pronto ne' bisogni giornalieri.

L'esemplare che ho chiamato secondo mancando degli ultimi fogli, non ci dice in che epoca fu scritto, per quale scopo e su quale originale ; esso ha nel frontespizio le seguenti parole : *Liber capitulorum municipalium civitatis Calatiae;* nella seguente carta si legge quella dichiarazione del Pendeolo di sopra riportata e che comincia *Anno Domini 1483*, ec. Vi è però una particolarità notevole, che cioè al margine esterno d'ogni carta è scritto d' altro carattere *N.r (notar) Insero* : un Alessandro Insero fu notaro esercente in Caiazzo dal 1764 al 1799: morì il 2 gennaio 1803 (2). La copia adunque era autenticata da Notaro Insero, ma fra i di lui atti non si è trovato alcun originale degli Statuti.

Dell'autenticità di questi Statuti non si può dubitare: se altro mancasse, basterebbe il loro tenore e la distinta menzione

(1) In questi stessi Capitoli la parola *assisia* si trova adoperata nell'altro significato di tariffa de' prezzi (Cap. 55 e 56), e nel significato stesso si ha nel Codice di Federico II (Const. *Magistros Camerarios* e *ad officium baiulorum*, lib. I, tit. 49). Delle Assise generali del regno sotto le dinastie Normanna e Sveva ultimamente ha scritto con molta dottrina Bartolommeo Capasso nella memoria *Sulla storia esterna delle Costituzioni del regno di Sicilia promulgate da Federico II :* si trova nel vol. IX degli Atti dell'Accademia Pontaniana.

(2) *Notiziario de' notari*, Napoli 1800 pag. 126; e notizie date dal Sindaco di Caiazzo, il gentile e culto sig. Carbone di sopra nominato.

che in essi si legge delle aggiunte fatte in epoche diverse con indicazioni di date e di persone. Ma vi è dippiù; il di Simone, che ne pubblicava il comento nel 1740, e che avea cominciato il suo lavoro sei anni prima, assicura che si determinò a scrivere perchè altri prima di lui non l'avea fatto, e frequentemente si presentavano delle quistioni, essendo quelli Statuti in osservanza non solo in Caiazzo *adiacentibusque Oppidis et Terris*, ma anche *aliis remotioribus Oppidis aliorum dominorum ditioni* (ad altri feudatarii) *subiectis*. Inoltre ne fece pure menzione un altro più antico scrittore della storia di Caiazzo, Ottavio Melchiori (1), il quale riportò una lettera attribuita a Ferdinando d'Aragona, Duca di Caiazzo e Luogotenente del Regno, colla data dal Castello di Sessa 1 luglio 1501, diretta *Magnificis, Nobilibus et egregiis viris universitatis et hominibus civitatis nostrae Calatiae*. In essa ringraziati i cittadini pel danaro mandatogli per mezzo de' Sindaci e delle assicurazioni della loro fedeltà, si sarebbe aggiunto: *Avemo spedito li vostri Capitoli secondo il desiderio vostro*. Dalle quali parole il Melchiori e poi il di Simone dedussero l'approvazione data agli Statuti. Sarebbe inopportuno fermarsi a discutere sull'autenticità e sul significato di una tal lettera, tanto maggiormente perchè non è giunta fino a noi e manca ogni altra notizia intorno ad essa: del resto gli Statuti di Caiazzo già da gran tempo prima del 1501 erano stati in vigore, nè avrebbero avuto bisogno di approvazione come dimostrerò in luogo più opportuno.

L'origine di questi Statuti non l'anderò a cercare nelle leggi dell'antico Municipio Calatino (2); in mancanza di altre notizie ci dobbiamo contentare di quel poco che si legge negli Statuti stessi. Ora dal capo 56 si ha che esso fu aggiunto nel 1393; dunque la loro compilazione fu precedente a detto anno, ed io credo che si debba riportare almeno a' tempi di Federico II: probabilmente però in quell'epoca vi furono fatte delle aggiunte o

---

(1) *Descrizione dell' antica città di Caiazzo*, Napoli 1619 in 4°.

(2) Che Caiazzo fu Municipio, non v'è dubbio (Mommsen, *Inscriptiones regni neapolitani latinae* n. 3903); ma che Cicerone nella lettera ad Ippia (fam. XIII, 37) abbia ricordato le leggi di questa città, come scrisse di Simone, non mi par vero: ivi si parla di *Calacta* in Sicilia.

delle modificazioni, non altrimenti che avvenne dipoi (1), e la prima compilazione fu più antica ancora.

È noto che Carlo d'Angiò nel 1267 dispose l'abolizione della moneta detta *Agostale* (*Agostaro, augustalis*, ec.) coniata a'tempi di Federico (2). Intendo che per lungo tempo dopo abolita una moneta continui ad aver corso fino a che non sia tutta fusa, e che nelle contrattazioni e nei conteggi privati si continui per qualche tempo a nominarla per effetto della contratta abitudine; ma non mi pare probabile che in un atto pubblico, il quale dovea aver forza di legge, dopo più d'un secolo si fossero scritte le pene coll'indicazione della moneta abolita, tanto più quando alla dinastia che l'avea fatta coniare ne era succeduta altra nemica, e contro quella vi era nientemeno che l'avversione de' Papi, autori della sua caduta e dell'esaltazione della dinastia regnante. Se adunque negli Statuti di Caiazzo si trova spesso nominato l'Agostale, parmi aver ragione a conchiudere che non furono redatti la prima volta sotto gli Angioini. Non dissimulo a me stesso l'obiezione che può trarsi dal citato capo 56, nel quale è nominato l'Agostale sebbene redatto nel 1393; ma osservo che esso non fu nuovo; si riportava ad antiche controversie e benanche ad antica disposizione, quindi si conservò la pena che in quella era già sancita.

Ma una maggiore antichità di questi Statuti a me pare potersi dedurre da ciò, che in essi per la bestemmia è sancita la pena pecuniaria d'un Agostale (cap. 14). Or in una Costituzione di Federico II è scritta la pena del taglio della lingua (Const. *blasphemantes* lib. III, tit. 91): non mi pare che nell'esistenza di una tale legge uno Statuto municipale contemporaneo o quasi avrebbe stabilito una pena tanto mite.

Lasciando a'miei lettori tener queste mie congetture in quel conto che a loro parrà, poichè ho parlato di pene, non ometterò l' osservazione che quelle scritte in questi Statuti ordina-

---

(1) Come si legge nel principio degli Statuti, il testo che ora abbiamo è quello del 1449 (*assisia renovata in anno 1449*) colle aggiunte fattevi posteriormente in epoche diverse.

(2) Dom. Diodati, *Illustrazione delle monete che si nominano nelle Costituzioni delle Due Sicilie.*

riamente sono miti. Veramente il valore delle monete rispetto al prezzo delle cose venali, non va mica determinato colle idee e la ragione degli scambi in epoca lontana; ma a giustificare il mio giudizio basta l'esempio della pena della bestemmia, di cui ho parlato.

Intorno al contenuto in questi Statuti non ispenderò alcuna parola, poichè ai lettori basterà dare uno sguardo all'indice per formarsene un concetto generale. E a questo proposito noto che il di Simone non comentò gli ultimi due capi degli Statuti, di altri si occupò congiuntamente; da ciò seguì che il numero delle sue *Osservazioni* è minore di quello de'capi comentati: inoltre di parecchi di essi formulò diversamente le rubriche. Per coloro che volessero conoscere la corrispondenza tra il testo ch'io pubblico e 'l comento del di Simone, nell'indice darò il confronto de'capi di quello colle divisioni di questo.

Dalla lettura di questi Statuti appare che dopo la redazione del 1449, quando furono rinnovati, in epoche diverse furono fatte molte aggiunzioni; di alcune si notarono l'anno e qualche altra particolarità, altre furono indicate semplicemente colla frase *superadditum est, noviter statutum est* ec. Queste aggiunzioni portarono che l'ordine delle materie, il quale fin da principio non fu esattissimo, venne maggiormente turbato.

Incipit liber seu Capitula Assisiae Civitatis Calatiae (1).

Assisia renovata in anno 1449 *decimae* secundae (2) Indictionis per Nobiles viros videlicet Stephanum Homodei, Paulum de Mario, Alexandrum de Blaucano Iudicem, Ioannem de Martino, Petruccium Sparanum, Martonum Fasulum, Masellum Mustarolum et Cubellum de Sancto Angelo de Casali Sancti Angeli, ad id communiter electos tam per homines Civitatis Calatiae quam Casalium ejus, tenaciter observanda per Officiales et homines Civitatis Calatiae eiusque Casalium prout infra particulariter describitur et notatur.

Caput I.—*De Molendino et molendinariis.*

Recipiat molendinarius pro molitura de viginti partibus unam pro quolibet tumulo frumenti, et de quindecim partibus unam pro quolibet tumulo misturae (3), et molendinarius teneatur facere

(1) Nell' esemplare 1° è scritto sempre *Assisia*, nell' altro *Assisa*: ho adottata la prima forma. In generale le varianti fra i due esemplari essendo poche e di niun momento e consistendo per lo più in semplici errori di scritturazione, non ne farò menzione che in qualche caso raro.

(2) L' esemplare 1° dice *septimae* in cifra numerica, l'altro *secundae* in lettere; com'è chiaro in ambi vi è errore, ma il secondo si allontana meno dal vero.

(3) Quando scriveva il di Simone la mulenda si pagava in contante a ragione di grana due il tomolo. Di questa e qualche altra simile annotazione il lettore vedrà l'utilità a luogo proprio.

bonam farinam , et bucca molendini sit ampla spatium unius palmi de canna, et circumcirca molas sit murus calcis condecentis altitudinis , et patronus victualii possit ponere pannos circumcirca, et qui contra fecerit, sive sit molendinarius, sive extallerius, componat Curiae vice qualibet, restituto prius damno passo, tarenos duos.

Item teneant ipsi molendinarii scutellam capacitatis de viginti per tumulum et molitura detur per manus patroni , et qui contra fecerit, componat vice qualibet, qua denunciatus fuerit per patronum et quemcumque alium convinctus fuerit per sacramentum denunciantis, vel alterius, qui sit homo bonae famae, solvat Curiae agustale unum.

Item quod molendinarius teneatur ponere spurgaturam in molendino tumuli medii , taliter quod macinans non patiatur inde damnum, et teneatur observare vicitas macinantibus, prout est consuetum: et qui habet vicitas, et recusaret macinare post purgationem praedictam perdat vicitam usque quo durat macinatio praedictae moliturae; et hoc additum est ex deliberatione Universitatis praedictae , de conscientia et promissione egregii Viri Martini de Cesaris Regii Capitanei Civitatis Calatiae die sexto decembris XIV Indictionis, et qui contra fecerit, teneatur ad paenam tarenorum duorum.

Item quod ipsi molendinarii non ponant tabulam vel aliquod in dicta bucca molendinorum quod superat molam inferiorem, et qui contra fecerit, componat Curiae auri tarenos tres.

Item quod molendinarii , patroni seu extallerii ipsorum molendinorum habeant et teneant, seu teneri faciant circa molas murum fabricatum, ut supra, altitudinis condecentis, et quod sit distantia inter murum et molas latitudinis unius pollicis parum plus, et qui contra fecerit, componat Curiae Calatinae auri tarenos tres.

Item si quis portaverit aliqua victualia ad molendinum, emerit molituram ipsorum victualium patrono inscio, et non (*sic*) contempto, constito per sacramentum ipsius patroni vel alterius, qui viderit, componat Curiae ipse portator auri tarenos tres.

Item quod molendinarii seu extallerii debent tenere scutellam de ligno mercatum per manus Iudicum Civitatis Calatiae cum mercatura ferri igniti, et qui contra fecerit, componat Cu-

riae vice qualibet qua fecerit contrarium, et convinctus fuerit per sacramentum unius bonae famae, auri Augustale unum.

Quindecim Caroleni est unum Augustale (1).

Cap. II. — *De Salario scaphariorum* (2).

Item statutum est quod Scapharii per transitus scaphae non possint recipere a civibus Calatiae pro pedite quolibet sine animali nisi denarios duos, et cum animali denarios quatuor, et ab hominibus Dioecesis pro pedite denarios tres, et cum animali granum unum, et ab aliis advenis pro pedite granum unum, et cum animali sumerio granum unum cum dimidio, et cum equino honerato vel exhonerato grana duo, prout ab antiquo fuit consuetudo; et quando flumen crescit ultra mediam ripam, et non poterit transire cum funiculo, seu funigello, recipiat a volentibus transire prout cum eis convenire potuerit, exceptis viris Calatinis, a quibus non possit recipere nisi duplum quantitatis, quam solvere debent, quando transeunt cum funiculo. Et scapharii qui contra fecerint, atque convicti fuerint per sacramentum transeuntis dummodo sit bonae famae, aut per unum testem bonae famae, solvat (*sic*) augustale unum.

Cap. III. — *De Trappetis et trappetariis.*

Teneantur trappetarii ferre olivas ad collum seu cum animalibus eorum a domibus ad Montanum, et ferre oleum a Montano ad domum patroni periculo eorum, et teneantur habere in Montano de oleo tam pro trappeto et trappetariis, quam pro

(1) Queste parole si trovano egualmente ne' due esemplari che ho presenti, adunque si trovavano nella copia dell'anno 1483 fatta dal Pendeolo (v. pref.), e sebbene ignoriamo l'anno in cui furono scritte, possono dar lume per la quistione del valore dell'Agostale, su che molto si è disputato. V. Diodati, *memoria* citata nella prefaz. — Carlini 15 sono ragguagliati a lire 6.37.

(2) Si parla del fiume Volturno. Il feudatario di Caiazzo avea il dritto di tenere le scafe ad esclusione d'ogni altro. (Franc. Roccus, respons. 94, tom. I.) Il di Simone notò che all'età sua i prezzi stabiliti in questo capo erano diminuiti.

animali macinanti, de septem partibus unam et non ultra, et non possunt negare macinam unicuique petenti, nisi quando non possint propter nimiam quantitatem olivarum omnibus petentibus satisfieri; et qui contra fecerit, componat Curiae Domini Calatiae tarenos duos.

Item quod trappetarii non proiciant noxulos olivarum in viis publicis, ita quod non impediatur transitus hominum transeuntium per easdem; et qui contra fecerit, componat Curiae tarenos duos.

Cap. IV. — *De faciendo ortum.*

Statutum, quod quilibet Civis Calatinus debeat facere ortum plantatum oleribus, sive caulibus, et aliis plantaginibus ad usum domus, incipiendo plantationem a principio mensis septembris usque et per totum mensem Aprilis, et quicumque non fecerit, teneatur ad paenam unius augustalis, applicandam Baiulis qui pro tempore fuerint, et in eorum negligentia Capitaneo civitatis eiusdem.

Cap. V. — *De dantibus damnum in ortis et vineis* (1).

Si quod animal inventum fuerit in orto alieno condecenter clauso, caulis ac rebus comestibilibus plantato, damnum dare ibidem, patrono invito, de qua clausura stetur sacramento unius ad id eligendi per Curiam, solvat ipsi Curiae: videlicet si bos domitus, patronus ipsius, damno restituto, damnum passo constito per quemcumque, tarenum unum.

Et patienti damnum pro emenda grana decem.

Si autem bos indomitus, solvat pro paena grana decem, et pro emenda grana decem.

Si equus, equa, mulus, mula, asinus, vel asina, solvat pro pena tarenum unum, et pro emenda grana decem.

Si capra, ovis, vel porcus pro quolibet solvat Curiae pro paena grana quatuor, et tandem *(sic)* patrono damni pro emenda grana quatuor.

(1) Di questo capo nell'esemplare 1° non si legge che l'ultimo caposerso, gli altri furono omessi da chi fece la copia.

Si anseres, vel gallinae, pro qualibet granum unum, et tandem (*sic*) pro emenda granum unum.

Et si patronus dictorum animalium ansarum, vel gallinarum sciverit, et sibi praedictum fuerit, teneatur ad duplum.

De hominibus vero damnum dantibus in ortis respiciatur in capitulo *De colligentibus fructus ubicumque* (cap. IX), et in vineis sit eadem paena prout in ortis, et tandem (*sic*) pro emenda.

Quoad paenam impositam inferentibus damna in ortis superadditum est, quod orti, qui fiunt intra menia civitatis Calatiae, aut extra menia per spatium unius competentis ictus balistae, debeant decenter claudi, et sic etiam hi, qui fiunt in casalibus, aut extra casalia abitata aut iuxta vias publicas, debeant etiam pariter decenter claudi, alias patroni animalium pro damnis illatis per ipsa animalia ad paenam non teneantur, sed tantum ad emendam illati damni iuxta providentiam iudicum, aut proborum virorum, non obstante limitatione penae in assisia contentae.

Si autem orti fierent alibi, scilicet in campis ubicunque, patroni animalium damna inferentium teneantur ad paenam et ad emendam in praesenti assisia contentas, sive dicti orti fuerint clausi vel non.

Cap. VI. — *De porcis tentis ad manum.*

Item quod nulli liceat intra ipsam Civitatem Calatiae tenere ad manum ultra duos porcos, et si qui contra fecerit, teneatur ad paenam carolenorum (1) trium.

Et si porci praedicti fecerint damna in ortis, teneantur patroni ad duplicatam paenam, ad quam tenentur pro aliis porcis, et ad duplicatam emendam.

Item superadditum est de porcis qui tenentur ad manus, quod patroni dictorum porcorum debeant taliter providere circa retensionem ipsorum, quod non incedant per plateam maiorem eiusdem civitatis de mense Maii, Iunii, Iulii, et Augusti, nisi quando per patronos ducerentur ad pascula extra civitatem prae-

---

(1) Così nel 1° esemplare, nel 2° *tarenorum*. Di Simone, che supponeva i suoi lettori avere sotto gli occhi loro gli Statuti, non indicò la pena qui scritta.

dictam, et qui contra fecerit, teneatur ad paenam tareni unius pro qualibet vice.

Cap. VII. — *De damnis datis in provinciis, et non inventis dantibus damna.*

Item noviter statutum est ac ordinatum quod, quando contingerit damna inferri per animalia tam in segetibus, quam in aliis fructibus et bonis, quorum patroni ignorantur per damnum passum vel passos, et reperiuntur vestigia dictorum animalium procedentia de possessione ubi damnum illatum est usque ad locum ubi vestigia dictorum animalium figuntur et ubi animalia existunt, teneatur tunc patronus dictorum animalium ad damni emendam, nisi patronus animalium docuerit seu legitime probaverit huiusmodi damnum per alia animalia fuisse illatum, et si tempore aestivo aut ita arido, quod vestigia decerni non possint, tunc patroni animalium repertorum magis vicinorum possessioni in qua damnum illatum fuit, teneantur ad emendam illati damni praedicti in assisia contentam, et non ad paenam, et si patronus animalium limitationi assisiae stare noluerit, stare debeat ad huiusmodi emendam providentiae (1), aut duorum proborum virorum per iudices cum iuramento deputandorum super extimatione damni praedicti.

Cap. VIII. — *De fractione, alias scassatione separum, et devastatione fossati.*

Si quis, vel si qua (2) fregerit, seu scassaverit sepem de ortis, et quibuslibet possessionibus sistentibus sub clausura, teneatur vice qualibet, qua exinde denunciatus fuerit (3), ad paenam tarenorum duorum.

Si scassaverit, seu fregerit sepem de campis cum palis, teneatur ad paenam granorum decem.

---

(1) Così in ambi gli esemplari; ma o l'*aut* è superfluo, o dopo *providentiae* si deve aggiungere *iudicum*, come al § *quoad poenam*, cap. V e c. XI.

(2) *Vel si qua* si ha solo nel 2° esemplare.

(3) Le parole *qua exinde denunciatus fuerit* mancano nel 1° esemplare.

Si fregerit alias scassaverit ripatum (1), teneatur ad paenam granorum quinque.

Et patrono pro emenda teneatur solvere medietatem dictarum paenarum.

Item si devastaverit fossatum per se vel cum animalibus factum duobus annis iam elapsis, teneatur ad paenam pro quolibet animali bovino, seu baccino, equino, iumentino, et sumerino vice qualibet, qua denunciatus fuerit, grana quinque.

Et pro quolibet porcino, caprino et ovino grana duo.

Et teneatur in termino sibi prefigendo resarcire fossatum praedictum, quod si non fecerit, teneatur patrono pro emenda grana decem.

Et quodlibet fossatum sit largitatis palmorum quatuor et tantum profunditatis, aliter nulla paena pro eodem solvatur.

Cap. IX. — *De colligentibus fructus ubicunque, et de famulis.*

Item si quis inventus fuerit fructus quoscunque colligere domesticos, seu ex cultura provenientes et industria hominum, seu excutere de arboribus, componat Curiae vice qualibet, qua erit denunciatus Curiae denunciatoris cum voluntate (*sic*) patroni fructuum sacramento credatur (2), tarenum unum: nisi modicum legeret quantum manus decenter capax esset, et arborem non ascenderit; tunc non teneatur ad paenam, et recipienti damnum pro emenda grana decem.

Et pro fructibus sylvestribus pro paena grana decem, et patrono pro emenda grana quinque.

Item si quis intraverit ortum alienum competenter clausum ad colligendum fructus, caulos et alia ibi sistentia, solvat vice qualibet, qua denuntiatus fuerit cum sacramento, tarenos duos, et patrono pro damno orti pro emenda grana decem (3).

Et in ortis sistentibus in campis teneatur ad eamdem paenam, atque etiam emendam.

Item si famulus, vel famula alicujus contra praedicta capitu-

(1) Esemplare 2° *rizzatum*.

(2) V. Pramm. I *de Officio Baiuli*.

(3) Le parole da *tarenos duos* a *emenda* mancano nel primo esemplare.

la venire praesumpserit aut ausus fuerit, pro ipsis teneatur solvere patronus de suis gaggis, et si sine gaggis moratur, teneatur patronus solvere de suo paenam et emendam, de quo stetur sacramento patroni si erit agaggia sua.

Cap. X. — *De portantibus fructus* (1).

Item quicunque maior annis duodecim inventus erit portare quocunque tempore fructus quoscunque nisi manducando eos docere teneatur per eius sacramentum vel testes unde portet fructus ipsos, et si terras proprias cum ipsis fructibus non habet, et probare non possit qui sibi dati essent, solvere teneatur Curiae vice qualibet, qua denuntiatus vel inventus erit, cuius denunciatoris credatur sacramento, tarenum unum.

Et ab octavo usque ad duodecimum annum, teneatur ad paenam grana quinque.

Cap. XI. — *De rixis, bannis occupationum et coartationum viarum et terrarum, earumdemque confinium, ac destitutione possessionis.*

Item quicunque inceperit rixas facere verberibus percutiendo eum vel (2) impigendo irato animo cum manibus, vel baculis, et quomodocunque sine effusione sanguinis, et exinde denuntiatus fuerit, vocatis primo partibus, et testibus inde Curiae datis, et examinatis per Curiam, et constito ipsi Curiae legitime per testes ipsos, audito enim primo dicto denuntiatore in suis iuribus, ut infra describitur, decreto Iudicis, praecedente habita consideratione conditionis et facultatis facientis et patientis iniuriam, componat Curiae Calatiae vice qualibet Agustale unum, seu prout providentiae Iudicum videbitur.

Et si denunciator denunciationem suam non legitime probaverit, teneatur solvere illam paenam, quam solvere deberet denunciatus si nihilo opponere valuerit, vel probare contra relationem causae suae.

(1) Questo capo ai tempi del di Simone era meritamente caduto in desuetudine.

(2) Il 2° esemplare ha *non* in luogo di *vel*.

Item quicunque occupaverit vias publicas, vel coartaverit, constito legitime decreto Iudicis praecedente, componat Curiae vice qualibet, qua erit denunciatus, et plene constabit Agustale unum.

Et dictas vias in pristinum et debitum statum reducat, quod si non fecerit, teneatur ad duplum.

Item si quis occupaverit vel coartaverit viam vicinalem cum voluntate habentium ius, dummodo non sit praeiudicium alterius non teneatur ad paenam; et si sine voluntate, teneatur ad paenam, ut supra.

Et licitum sit immittere aquam in terra, vel in ortis per viam publicam sine aliqua paena, et si aliquod damnum ibi faceret, teneatur attare, alioquin teneatur ut supra.

Item quicunque habet possessiones iuxta vias publicas teneatur viam sistentem prope possessionem suam, in quantum protenditur possessio sua, liberare et purgare vepribus seu spinis procedentibus a terra vicina dictae viae, adeo quod per dictam viam sit libere transitus hominibus et animalibus transeuntibus per vias praedictas, et qui contra fecerit, componat Curiae tarenos duos.

Et patroni dictarum terrarum habeant terminum dictas vias aptandi per totum mensem octobris, numerando quolibet anno a primo die mense (*mensis?*) septembris.

Item si quis occupaverit terras, sive fines terrae alicuius invito patrono, et ad requisitionem patroni noluerit emendare, et patronus denunciaret eumdem sacramento constito per testes vel istrumenta quo (*quod?*) dicta terra, seu fines, qui occupati sunt, sint ipsius denunciatoris, Curia ipsa auctoritate propria sine libelli oblatione et figura iudicii, audito denunciato in iuribus suis, ut infra continetur, statim teneatur restituere dictam terram seu fines dicto patrono, et denunciatus solvat praesidi (1) vice qualibet Agustale unum.

Et si denuo occuparet, teneatur ad duplum.

Item quicunque destituerit aliquam possessionem aliquorum bonorum eius, vel patroni ipsorum bonorum, constito legitime de destitutione ipsa per instrumenta, testes, vel alium modum legitimum, quod tempore destitutionis dicta terra esset desti-

---

(1) Il Capitanio. *Praesidatus* ne' capi 78, 80.

tuta, et teneret ac possideret eamdem, seu partem ipsius terrae, Curia illico debeat mandare restitui eamdem terram destituto; et si pars denunciata allegaret iustam causam, a qua crederet se legitime defendi, quindecim dierum spatium concedatur eidem ad probandum quod voluerit, a die denunciationis causae praedictae in antea numerando, et si denunciatus defecerit in probatione, teneatur ad paenam unius Agustalis.

Et dictus denunciatus cadat totaliter a iure, quod habet et habuerit in terra praedicta, eo quod auctoritate propria terram capit praefatam, et probare minime potuit infra dictum terminem, quod eum exinde iuvaret.

Item quod visis praedictis bannis et viarum occupatione, earumque coarctatione, ut praedicitur, procedatur sic, videlicet, quod facta prius denunciatione Baiulis Calatiae legitime de praemissis, et constito per testes, vel publicam scripturam, et denunciatione ipsa liceat Baiulis super his denunciatum citare, testes recipere et examinare in iudicio, ut est iuris, et ipsorum examinatione facta delinquentem paena debita pignorare, si dicta denunciatio probata erit legitime, excepto tamen si denunciatus praetenderet habere exceptionem quampiam, seu defensionem, quibus crederet a denunciatione ipsa legitime se defendere, quo casu data sibi copia denunciationis, testium productorum eorumque depositionum die sequenti usque ad crepusculum vespertinum si petierit ad expensas petentis ad probandum exceptionem ipsam, quindecim dierum spatio concedatur a die oblatae exceptionis in antea numerando, in cuius probatione si defecerit, statim elapso termino ipso, liceat ipsis Baiulis ipsum delinquentem paena debita statuta super his pignorare decreto Iudicis praecedente, et manu Notarii publici Calatiae scripto.

Cap. XII. — *De non solvendo paenam post quindecim dies.*

Item quod quilibet patiens damnum debeat damnum inferentem denunciare infra quindecim dies post damnum illatum, vel postquam ad ejus notitiam pervenerit, alias nullatenus denunciare liceat, et si denunciare voluerit post dictos quindecim dies sub pretextu, quod ignoraverit damnum fuisse illatum sibi, non admittatur ad denunciandum, nisi praestito prius iuramento per

eum, quod usque ad tempus denunciationis non habuit notitiam de damno praedicto. De emenda vero damni agere possit quandocunque sibi placuerit, dummodo probet damnum sibi illatum, et non stetur sacramento suo post tempus praedictum, et qui contra fecerit, componat Curiae Agustale unum.

Cap. XIII. — *De ludentibus ad Zaram, caseum, et pilam supra sedilem.*

Item quicunque luserit ad Zardum (1), lupinis, vel recettaverit lusores, nisi in infirmitate, vel in festo Nativitatis Domini, Pascha, ac mense augusti, teneatur solvere vice qualibet Curiae, cum constabit, Agustale unum.

Et quicunque, ubicunque receptaverit quemcunque ad ludendum ad tassillos, naibas (2) et lupinos, modo quocunque constito legitime, solvat Curiae Agustale unum.

Item quod nullus audeat ludere seu iacere caseum ad (3) ludendi intra civitatem Calatiae, et qui contra fecerit, solvat vice qualibet tarenos duos.

Item quod nulli liceat ludere ad caseum, seu iacere illum per modum ludi, nisi extra civitatem Calatiae viginti diebus ante ingressum Quadragesimae, et qui contra fecerit, solvat vice qualibet tarenos duos.

Item quod nullus audeat ludere ad pilam supra seggium civitatis Calatiae, et qui contra fecerit, solvat vice qualibet grana decem.

---

(1) Di Simone scrisse che a'suoi tempi non si sapeva più qual sorta di giuoco fosse quello chiamato *ad zardum*: a me pare che non sia il nome d'un giuoco speciale, ma del giuoco di sorte in generale, o come comunemente si dice *di azzardo*. Probabilmente tra *zardum* e *lupinis* vi era *taxillis* omesso nelle copie; penso così perchè le due parole sono unite nel capoverso seguente, e la menzione de' dadi è richiesta dalla parola *zara* della rubrica.

(2) Chi scrisse il 2° esemplare lasciò lo spazio in bianco dove l'originale dal quale copiava avea *naibas:* forse dubitò che questa fosse la vera parola scritta. Nel 1° esemplare si legge *naibas,* e sta a proposito trattandosi di zara.

(3) Pare che qui manchi *modum*: v. capov. seg.

Cap. XIV. — *De blasphemantibus Deum.*

Item quicunque ludens ad quemcumque ludum, vel quocunque alio modo blasphemaverit Deum, et Beatam Mariam Virginem Matrem eius, solvat Curiae Agustale unum, si Curiae constiterit, etiamsi denunciatus non fuerit (1).

Cap. XV.—*De non faciendo turpia in fontibus, aquis, ac viis publicis.*

Item quod nemo de Calatia et Casalibus eius possit nec audeat turpia facere, nec lavare in fontibus ad usum hominis deputatis, tam in fonte Fistula, ubi recipitur aqua pro hominibus, quam ubi adaquantur animalia, et aliis fontibus pertinentiarum Calatiae, et qui contra fecerit constito per quemcumque, qui viderit, vel per sacramentum Baiuli, solvat vice qualibet tarenos duos.

Et si paenam Baiuli non exigunt, exigatur per Vice-comitem Calatiae.

Et si esset famulus, vel famula, patronus solvat pro eo vel ea de gaggis eiusdem primo facto sacramento de praedictis in manibus Iudicis Calatiae notario publico ibi praesente.

De fontana vero sita in Calatia prope Ecclesiam S. Mariae Annuntiatae, a mense aprilis, usque et per totum mensem septembris, non extrahant aquam pro lavandis segetibus, pro facienda calcinaria, nec pro lavandis pannis, nec ex alia causa, sed conservetur ipsa pro aquando animalia, et qui contra fecerit, solvat Curiae tarenum unum.

Quicunque proiecerit aliqua turpia in platea maiori civitatis Calatiae, vel in aliis plateis publicis, seu vicinalibus, etiam paleas et mazzuccaturas intra muros ipsius civitatis, nisi in locis consuetis, ubi non habetur transitus generalis, solvat Curiae tarenos duos.

---

(1) Scrisse di Simone che da gran tempo questo capo era caduto in disuso, applicandosi per la bestemmia le pene scritte nelle leggi generali del regno.

Item statuto cautum, quod nullus per vias sistentes iuxta maenia ipsius civitatis proiciat faenum, paleam, nec immunditiam aliquam, nec audeat proicere per dicta maenia, et qui contra fecerit, solvat Curiae vice qualibet tarenum unum.

Cap. XVI.— *De ponderibus et mensuris.*

Item quod quilibet de Calatia et Casalibus eius utatur tumulo ad emendum et vendendum capacitatis duodecim copparum, teneatque decinam de duodecim libris, et rotulum de triginta sex unciis (1), et utatur in omnibus mercimoniis iuxto pondere et mensura, et si quis contra fecerit constito per quemcumque, componat Curiae vice qualibet, qua erit denunciatus, Agustale unum.

Rebusque spetiariae, et ferro, et plumbo, et staino dumtaxat exceptis, quae vendi possunt decina librarum undecim,

Item quilibet, qui voluerint vendere, vel emere mustum, vel oleum non appositum, habeat quartarolum copparum decem et septem ad emendum, vel vendendum mustum appositum habeat quartarolum copparum sexdecim (2), et nullus debet vendere corea in solis mensurata nisi ad mensuram antiquam signatam in lapide anguli, alias cantoni Ecclesiae S. Agnetis spectantis ad seggium civitatis Calatiae, et qui contra fecerit, solvat Curiae vice qualibet, qua fuerit denuntiatus, et convictus per sacramentum, vel alterum modum de dictis mensuris, Agustale unum; et de dictis solis tarenos duos.

Item superadditum est, quod nemini liceat vendere victualia aliqua absque tumulo mercato per Catapanos civitatis praedictae, et similiter oleum sine mensura iuxta mercanda, seu equanda per eosdem Catapanos, qui habeant expensis civitatis emere mensuram iuxtam, seu quaedam vasa quibus venditur oleum, et

---

(1) Il rotolo napolitano era di once 33 $^{1}/_{3}$, ma qui troviamo che in Caiazzo era di once 36, altrove era di once 48.

(2) Così si legge in ambi gli esemplari: penso che dopo *septem* si debba mettere almeno la virgola; ma quale è la differenza tra il mosto e l'olio *appositum* e *non appositum?* L'ignoro, nè di Simone curò darne la spiegazione.

equantur sigillo Catapanorum civitatis praedictae, et similiter fiet de vino, et qui contra fecerit, solvat Curiae Augustale unum.

Cap. XVII. — *De damnis datis ab animalibus in olivetis.*

Item si bos domitus inventus fuerit in olivetis, seu fructibus olivarum, nolente domino, prius damno restituto, solvat a mense septembris per totum mensem decembris pro paena Curiae grana sex. Et patrono oliveti pro emenda damni grana quatuor.

Et a mense ianuarii in antea grana tres Curiae. Et patrono oliveti pro emenda granum unum cum dimidio.

Si autem bos indomitus, asinus, asina, mulus, mula, equus aut iumentum, pro quolibet ipsorum, considerato dicto tempore de bove domito, solvat ut supra.

Si caprae, vel oves inventae sint in olivetis, dum sint ibi fructus olivarum, damnum facientes, pro qualibet ipsarum, restituto prius damno statuto, solvat Curiae Calatiae, constito per sacramentum illius qui viderit, grana duo. Et patrono olivarum pro emenda damni grana duo.

Si porcus, seu scrofa, solvat Curiae grana quinque. Et patrono pro emenda damni grana quatuor.

Et si alio tempore, quo ibi fructus non erunt, pro qualibet capra damnum inferente granum unum.

Et de omnibus praedictis stetur sacramento invenientis dicta animalia, seu patientis damnum.

Et quod nullus pecorarius immittat oves suas in olivetis Calatiae et Casalium eius, dum sunt in eis fructus olivarum, a decimoquinto die mensis septembris, usque per totum mensem decembris occasione alicujus fideemptionis (1) erbagii, et de hoc stetur sacramento patroni oliveti, vel alicuiuscunque alterius viventis (2), et qui contra fecerit, componat Curiae vice qualibet auri tarenos tres.

In olivetis vero et aliis terris clausis non immittant oves, vel alia animalia, invito patrono, et si immiserit, teneatur ad paenam ut supra. Et pro emenda medietatis ipsius paenae.

---

(1) Così nell'esemplare 1°, nel 2° *fidactionis*.

(2) Così in ambi gli esemplari; ma parmi doversi leggere *videntis*, come nel seguente capo ed in altri.

Cap. XVIII. — *De damnis datis ab hominibus in arboribus alienis.*

Item si quis inciserit a pede ex toto quercus alienas sistentes in terris campestribus cultis vel incultis, seu arbores vitatas vel fructiferas, olivas, ac vites patrono invito, constito per sacramentum illius qui viderit, componat Curiae vice qualibet, qua inventus erit per quemquam, Agustale unum.

Et illi cui damnum erit illatum, pro emenda pro qualibet arbore fructifera incisa, tarenos quatuor.

Item quicunque inciserit ligna in querquibus alienis, seu aliis arboribus fructiferis sistentibus in nemoribus, dummodo quod damnum non excedat valorem paenae praedictae, et tunc remaneat limitatione Iudicum, et dummodo quod incidat a pede ex toto, solvat vice qualibet tarenum unum. Et pro emenda grana decem.

Item si inciserit pro palis faciendis in nemoribus publicis, vel frascas pro sepe facienda, non teneatur ad paenam.

Si ramum inciserit de arboribus fructiferis, solvat Curiae tarenum unum.

Et patienti damnum pro emenda grana decem.

Si frascas arboris vitatae et fructiferae, solvat Curiae grana decem. Et patienti damnum grana quinque.

Et si inciserit arbores fructiferas, seu vites, restituto prius damnum, solvat Curiae Augustale unum. Et recipienti damnum pro emenda tarenos tres. Si non ex toto, sed in parte, tarenos duos. Et patrono pro emenda tarenum unum.

Et si damna passus non contentaretur de dicta emenda, ponantur ibi duo laudatores, uno pro parte patientis damnum, et alter pro parte Curiae, et iuxta sacramenta ipsorum damnum emendetur.

Item si quis inciserit a pede et ex toto arbores non fructiferas existentes in terris laborandinis, ubi essent arbusta, seu essent incepta fieri, de quo stetur sacramento videntis, solvat Curiae tarenos duos. Et patrono terrae pro emenda tarenum unum.

Si ramum inciserit, solvat Curiae grana quinque. Et patrono terrae pro emenda grana duo cum dimidio.

Si quis agricola seu laborator faceret frondam in laborandina sua in arboribus non vitatis, non teneatur ad paenam.

Et in arboribus vitatis si frondam fecerit contra voluntatem patroni terrae, solvat Curiae, vice qualibet, de qua stetur sacramento videntis, grana quinque. Et patrono terrae, ubi fecerit frondam in arbore vitata pro emenda grana decem.

Et si non fuerit laborator in arboribus vitatis solvat Curiae tarenum unum. Et patrono terrae pro emenda tarenum unum.

Si frondam fecerit in arbore non vitata, solvat Curiae grana quinque. Et patroni terrae pro emenda grana duo cum dimidio.

Si quis fecerit pultum in arboribus vitatis, teneatur ad paenam tareni unius, si non est laborator. Et si est laborator, teneatur ad paenam granorum decem. Et patrono pro emenda si est laborator grana decem. Et si non est laborator pro emenda tarenum unum.

Cap. XIX. — *De lignis ablatis.*

Item si quis abstulerit ligna incisa alicui patrono invito, restituto damno, solvat Curiae vice qualibet, qua erit denunciatus, et credatur sacramento videntis, tarenum unum. Et patrono pro emenda damni pro qualibet salma grana quinque.

Et pro quolibet collato, seu sarcina, grana duo.

Cap. XX. — *De perambulantibus vias.*

Item si quis perambulaverit viam in campis alienis cum animalibus, vel sine, dummodo sint laborati vel seminati, aut ultra, per quos ius eundi, redeundive patrono invito (1), facta tamen praedicto ambulanti prius notificatione per patronum ipsorum camporum, vel per alium pro eodem, seu per bandi publicati emissionem, de quo stetur sacramento ipsius patroni, componat Curiae, vice qualibet, tarenum unum.

Et si cum bobus, vel aliis animalibus, tarenos duos.

Et patrono pro emenda grana decem.

Et si ibi per viam convicinam perambulare non possit, non teneatur ad paenam.

(1) Così in ambi gli esemplari, ma è chiaro che a compiere il pensiero manchi qualche parola.

Cap. XXI. — *De transeuntibus cum curribus per terras.*

Item si quis transiverit cum curribus per terras hominum civitatis Calatiae non arbustatas, tempore quo erunt seminatae, patrono invito, excepto si ibi per viam propinquam perambulare non posset, et denunciatus erit cum voluntate patroni terrae damnum patientis et producentis testes, teneatur solvere Curiae vice qualibet tarenos duos.

Et per terras arbustatas tarenos duos.

Et damnum factum patrono secundum ipsius sacramentum, seu alterius, teneatur emendare.

Cap. XXII. — *De metentibus erbas, et aliis diversis damnis.*

Item si quis damnum dederit in campo alieno metendo quascunque erbas, vel pratum seminatum, vel auferendo lupinos, seu alia damna faciendo in terris hominum Calatiae, restituto damno cui fieret, cuius sacramentum vel alterius testis videntis credatur, si de die, tarenum unum; si de nocte, tarenos duos.

Et pro emenda, recipienti damnum pro qualibet salma grana quinque. Et pro collato seu sarcina grana duo.

Pro quolibet bove domito vel asino grana quinque. Pro indomito grana duo cum dimidio.

Pro porco vel capra grana duo.

Cap. XXIII. — *De damnis animalium in glandibus, pomis, castaneis, nucibus et aliis arboribus fructiferis in terra cadentibus.*

Item si quis duxerit porcos suos ad pascendum de nocte in glandibus alicuius, et inventus erit, cuius inventoris sacramento credatur, componat Curiae, vice qualibet, qua erit cum voluntate patroni denunciatus, pro quolibet porco grana duo. Et patrono pro emenda grana duo.

Si de die, pro quolibet porco grana duo, et patienti damnum pro emenda granum unum.

Item si porci de die vel de nocte descurrendo irent et damna darent in glandibus cadentibus a pedibus glandium, quae

starent infra, vel iusta glandes patroni dictorum porcorum, et patroni porcorum nollent emere siliquas (1) praetio competenti, teneantur ad paenam ut supra, et si vellent emere, et patronus ipsarum siliquarum (2) nollet vendere praetio competenti, non teneatur ad paenam sed tantum ad emendam.

Si bos domitus vel indomitus, asinus vel asina, equus vel equa, mulus vel mula invenirentur damnum dare in siliquis (3) alienis de die vel de nocte, componat Curiae pro quolibet grana quinque.

Et fructus non audeant damnificare ab introitu mensis septembris (4), usque et per totum mensem decembris, et postea non teneantur ad paenam nec ad emendam.

Et patienti damnum pro emenda grana duo et dimidio.

Si capra vel ovis pro qualibet grana duo.

Et patrono pro emenda pro qualibet ipsarum granum unum.

Item si porci, alia animalia quaelibet post binam siliquarum (5) excussionem, ac unam escussionem nucium, castanearumque concedenti tempore faciendam, inventi inventaque fuerint damnum dare, non teneantur ad paenam, sed tantum ad emendam.

Item quicumque invenerit quaecumque animalia sine custode de nocte vel de die damnum dare in bonis suis, licitum sit sibi dicta animalia capere et ducere Calatiam si potuerit, et Curiae assignare illesa vel tenere in domo sua (6) iuxta arbi-

---

(1) *Vellent vendere* nel 2° esemplare: così era scritto anche nel 1°, ma il *vellent* si vede corretto in *nollent*, e sopra *vendere* in interlinea fu scritto *emere;* e che *nollent emere* si debba leggere è chiaro da che poco dopo si prevede il caso contrario *si vellent emere.* Dalle spiegazioni date da di Simone risulta che nell' esemplare da lui tenuto presente si leggeva pure *nollent emere.* Il 2° esemplare invece di *siliquas* ha *glandas.*

(2) Nel 2° esemplare *ipsorum glandium.*

(3) Nel 2° esemplare *glandibus.*

(4) Di Simone attesta che all'età sua si cominciava dal 29, non dal 1° settembre.

(5) Nel 2° esemplare *glandium.*

(6) Sappiamo da di Simone che al suo tempo non si poteva più ritenere l'animale *in domo sua,* ma veniva custodito nella stalla di un'osteria. Io posso assicurare che simile era la pratica di molti altri comuni,

trium inventoris, non restituenda donec sit sibi de damno satisfactum secundum sacramentum inventoris eorundem, et teneatur ad paenam superius adnotatam.

Cap. XXIV. — *De paena Baiulorum* (1).

Item quod Baiuli infra octo dies a die decretationis damna faciant integre emendare, et si non fecerint, patientibus damnum secundum eorum sacramentum Vice-comes seu Capitaneus faciat emendare, et Baiuli nullam paenam habere possint a damnum dantibus, et teneantur solvere paenam Vice-comiti Calatiae vice qualibet Agustale unum.

Et non possint quoquomodo aliquem de quacumque causa pignorare, nisi p.° de damnis ut supra ponitur, et satisfieri patientibus faciant; et si servientes Baiulorum, seu ipsi Baiuli contra fecerint, vice qualibet Curiae dicti Capitanei seu Vice-comitis solvere teneantur Agustale unum.

Et nihilominus pignora illesa teneantur patronis sine salario aliquo reassignare ad paenam ut supra.

Cap. XXV. — *De damnis datis in terris seminatis.*

Item si quod animal damnum dederit in campo alieno seminato, patrono terrae invito, de quo stetur sacramento ipsius et cuiuscumque alterius qui viderit, et denunciatus erit, componat Curiae vice qualibet paenam inferius praedestinatam, et medietatem ipsius paenae solvat pro emenda recipienti damnum, videlicet:

Si bos domitus in segetibus, solvat Curiae tarenum uuum.

Si indomitus, grana decem.

Si equus, equa, asinus, mulus, mula, pro quolibet tarenum unum.

Si porcus vel scrofa, sive comedendo segetes vel prata, sive rimando, grana duo.

Si capra vel ovis, grana duo.

Si gallinae vel anseres, granum medium.

---

e probabilmente era generale in queste provincie. V. nel Cod. di Federico II, Constit. *pervenit* e *animalia.*

(1) V. nota cap. XXX.

Et si patronus custodierit dicta animalia ad dicta damna tenetur ad duplicatam paenam, et paena praedicta locum habeat ab introitu mensis martii per quo usque erunt segetes in campis et aeris, et a tempore quo erunt campi seminati usque ad introitum praedicti mensis martii teneantur damnum dantes ad medietatem dictae paenae, et similiter teneantur solvere patientibus damna medietatem dictae paenae pro emenda damnorum (1).

Cap. XXVI. — *De corrosione arborum seu plantarum.*

Item si quod animal inventum fuerit corrodere arbores fructiferas, dummodo constet per sacramentum invenientis, et patrono invito, componat vice qualibet pro quolibet animali, videlicet:

Bove, asino vel asina grana decem, et patienti damnum pro emenda grana decem. Si capra grana tria, et pro emenda grana tria. Si porcus grana duo, et pro emenda grana duo.

Cap. XXVII. — *De damnis datis in pignonibus et aeris ac acervis feni, lini et canapi.*

Si bos domitus intraverit campum alienum dum sunt ibi pignones, et in aeris dum sunt ibi metae victualium, restituto prius damno patrono, patronus ipsius bovis componat Curiae tarenum unum, et patienti damnum pro emenda grana decem.

Item si quaecumque animalia devastaverint acervos feni, lini et paleae ubicumque sistentes, teneatur patronus animalium solvere vice qualibet tarenum unum , et tantundem pro emenda. Si indomitus grana quinque, et pro emenda grana tria. Si capra vel ovis pro qualibet grana duo, et tantumdem pro emenda. Si porcus vel scrofa, pro quolibet, qualibet vice, grana tria, et pro emenda pro quolibet grana quinque. Si anser vel gallina granum medium.

(1) Per testimonianza del di Simone era invalsa la consuetudine che quando s' ignorava il padrone dell' animale che avea prodotto il danno, si facevano pubblicare i bandi nel comune e ne' vicini, e se il padrone non si presentava nel tempo prefisso, l'animale era venduto, e dal prezzo, dedotti l'importare del danno che avea sempre la preferenza, e la pena, e credo bene anche le spese, il rimanente andava a profitto del comune.

Similiter statuto cavetur quod nullus immittat animalia sua in campis seminatis dum metuntur et sunt ibi pignones seu metae sine voluntate patroni, et qui contra fecerit, componat Curiae vice qualibet tarenos duos, et pro emenda ut superius est expressum.

Cap. XXVIII. — *De colligentibus legumina.*

Item si quis repertus fuerit legere seu colligere legumina quaecumque viridia vel sicca, constito per sacramentum inventoris, solvat Curiae vice qualibet grana quinque, et pro emenda grana quinque.

Cap. XXIX. — *De absentia animalium, et de Baiulo qui iuraret seu accusaret plura animalia quam patronus haberet.*

Item si quis denunciaret aliqua animalia dare damnum, et patronus vellet probare absentiam dictorum animalium, admittatur ad probationem ipsam infra certum terminum sibi per Curiam praefigendum, et si probaverit, remaneat absolutus et denuncians teneatur ad paenam superius relatam.

Et si quis iuraret invenisse aliqua animalia dare damnum, et ille contra quem iuraret, non haberet tot animalia, non teneatur nisi pro illis quae habet, et ille qui incaute iurat, teneatur solvere paenam de illis animalibus quae non habet ille contra quem fecerit iuramentum, et teneatur ad paenam tarenorum duorum.

Et si Baiulus iuraret plura animalia invenisse alicuius quam haberet, et reperiretur patronus animalium non habere animalia quae Baiulus iuravit habere, teneatur Baiulus Capitaneo Calatiae paena periurii, et patronus animalium nullam paenam incurrat.

Cap. XXX. — *De non pignorando aliquem sine decreto.*

Item quod nullus officialis ordinatus vel ordinandus in Calatia, nec eorum servientes possint aliquem pignorare seu pignorari facere pro causa quacumque, nisi primo denunciatus fuerit, citatus et convictus et decretum per Iudices, et manu Notarii publici Calatiae decretatio scripta sit, contra quod si fe-

cerit, quod sit nullius roboris, seu praeiudicium quodlibet non valeat obtinere, et proinde Baiulus qui contra fecerit, seu serviens, teneatur vice qualibet Curiae Domini Calatiae pro paena solvere Agustale unum, et pignora restituere teneatur illesa (1).

Cap. XXXI. — *De clericis et animalibus eorum.*

Item quod si clericus vellet contra aliquem laicum procedere in Curia Baiulorum, licitum sit convento in eadem Curia convenire clericum de consimili causa, et si clericus nollet ibidem respondere citato per eum, contra eumdem citatum ad petitionem dicti clerici nullatenus procedatur, et ad paenam citatus non teneatur quoquo modo.

Item si animalia alicuius clerici damnum dederint in possessionibus et bonis alienis, teneantur ad eamdem paenam qua tenentur homines, applicandam Domino Episcopo Calatino; et si eamdem paenam Dominus Episcopus non exigeret a clericis, aut clerici solvere recusarent, Baiuli et Iudices civitatis eiusdem non debeant clerico recusanti se restringere ad dictam paenam iustitiam administrare et facere de damnis illatis eis a damnis seu propriis, seu secularibus (2).

Cap. XXXII. — *De non immittendo ignem in arbustis.*

Item quod nullus immittat ignem in arbustis vel immittere facere audeat, ita quod damnum fiat in arbustis eiusdem, nisi prius concusserit seu conculcaverit stipulas seu restucchiam exi-

(1) Scrisse di Simone che in questo capo ed in altri di questi Statuti per Baiuli si debbono intendere coloro che prendevano in appalto le pene pecuniarie negli Statuti stessi stabilite; essi non aveano alcuna giurisdizione, la quale invece in queste materie si esercitava da tre giudici annuali eletti dall'Università assistiti da un *attuario*, cancelliere, e come qui è detto da un *notaro* che scriveva il decreto. V. cap. XLII, XLIV. Darò altre spiegazioni in luogo più opportuno.

(2) Questo capo non solo non parrà superfluo, ma sarà lodato, avuta ragione del tempo in cui fu scritto, quando si considereranno le immunità che godevano i chierici, e che si disputava se essi fossero soggetti agli Statuti municipali.

stentem in eis, nisi hoc fiat de voluntate patroni, cui credatur de damno sibi illato per sacramentum suum; componat Curiae contra faciens vice qualibet Agustale unum.

Et pro emenda damni ponantur duo laudatores, et iuxta eorum sacramentum dictum damnum emendentur patronum damnum passum.

Cap. XXXIII. — *De pratis.*

Item quicumque habet terram aptam ad faciendum pratum, sit licitum defendere et ibi pratum facere, et qui damnum in pratum intulerit seu animalia immiserit, constito per sacramentum patroni, seu alterius producti per eumdem, teneatur ad paenam prout inferius est expressum in capitulo *De animalibus damnum dantibus in erbis domesticis et lupinis* (1), et patrono pro emenda tantundem teneatur, et qui metit erbas in dictis pratis componat pro qualibet sarcina grana duo, et pro emenda idem.

Cap. XXXIV. — *De servientibus et Baiulis.*

Item quod si contingerit aliquem servientem aliquem pignorare de mandato Curiae, nihil proinde recipere pro se debeat, sed habere tantum debeat a debitore pro quolibet tareno granum unum.

Et debeat pignus assignare illesum creditori, et similiter Baiulus teneatur, et si contra fecerit, teneatur solvere vice qualibet Curiae Capitanei Caiaci Agustale unum (2).

Cap. XXXV.—*De ritu laboratorum.*

Quilibet laborator, qui laborat seu arat, laboravit seu aravit terram hominum Calatiae et casalium eius, teneatur, antequam metat, significare patrono ipsius terrae si voluerit interesse,

(1) È il capo LXIV, sebbene vi sia qualche diversità nella rubrica.

(2) Questo capoverso si trova nel solo 2° esemplare, e penso che *Caiaci* sia errore per *Calatiae*. Nel 1° esemplare si ha soltanto *Et pignora restituere patrono illesi* (sic), e così pare che stava nell'esemplare di cui fece uso il di Simone: questo comentatore però si trova in opposizione con ambi gli esemplari, che io ho presenti, in ciò che questi fissano il salario del serviente ad un grano per tarì, e nel comento si dice un grano per notificazione.

quando metuntur victualia ibi sistentia, et teneatur facere pignonem de decem gregnis, et certiorare patronum quando portantur ad aeram ipsa victualia, et respondere patrono terrae quam laboraverit secundum quantitatem et qualitatem victualium quam recipit ex duobus pignonibus, uno videlicet maiori et alio minori, post triturari faciat ipse dominus (1) si voluerit de toto frumento vel ordeo et aliis segetibus, quas habuerit cum laboratore suo, quos dictos pignones idem laborator ad requisitionem eiusdem domini teneatur de toto victuali tritari suis sumptibus ac expensis et similiter respondere: et si aliter fecerit, teneatur et debeat respondere domino terrae prout unus ex melioribus laboratoribus terrarum circumstantium respondet domino terrae quam tenet ab eo.

Et quod nullus contra voluntatem domini debeat terras aliquas laborare vel seminare: si contra fecerit, componat Curiae vice qualibet tarenum unum.

Et si dominus noluerit praedictis omnibus interesse, facta sibi requisitione praedicta, sit idem laborator et exinde excusatus, nec ad paenam aliquam pro terra teneatur.

Item si contigerit aliquem laboratorem laborare terras hominum Calatiae sibi concessas ad laborandum, seminandum colendumque per dominos seu procuratores eorum, et postquam terras ipsas laboraverit incautus (*sic*), quod ille qui incantaverit et augumentaverit (2) infra quindecim dies a die incantus teneatur et debeat reddere et restituere operas omnes factas in terris ipsis primo laboratori praedecessori suo, et qui contra fecerit, componat Curiae vice qualibet Agustale unum.

Et si infra dictos quindecim dies non restituerit sibi dictas

---

(1) In questo capo ed in parecchi de'seguenti dove nel 1° esemplare è scritto *dominus*, nel 2° si ha *patronus*: siccome in generale io seguo il primo, ho ritenuto *dominus*, ma ho creduto inutile notare la varietà in tutt'i luoghi poichè il senso è lo stesso.

(2) Non si può certamente approvare la facoltà concessa al proprietario della terra di recedere dal contratto già perfezionato, ed anche quando ne era cominciata l'esecuzione, perchè altri gli offriva migliori condizioni; ma sappiamo da di Simone che a' tempi suoi disposizione siffatta era caduta in desuetudine, ed una volta conchiuso il contratto il proprietario della terra dovea rispettarlo.

operas, et facere idem practium laborator (*sic*), quod dictus primus laborator fuerit consequutus, teneatur dictus incantator sibi de sua propria substantia resarciri.

Item quod dictae terrae possint incantari per totum mensem februarii, quo elapso non possint terrae ipsae amplius incantari usque ad tres annos complendos.

Cap. XXXVI.—*De non solvendo collectas forentium de fructibus terrarum eorum.*

Item quod quilibet laborator qui laborat terras forentium in territorio Calatiae, si dominus ipsarum terrarum requisitus per collecta debita per eum solvere recusaverit ad mandatum collectorum, teneatur vice qualibet conservare fructus terrarum ipsarum pro ipsa collecta, et resignare tantum de ipsis fructibus collectoribus ipsius; quousque dicta collecta per eas debita eius pro parte regia seu Domini pro toto ipso anno imposita vel imponenda fuerit integre satisfactum, et si contra fecerit, teneatur laborator ipse vice qualibet ipsam collectam de suo proprio solvere, et Curiae Domini Calatiae, satisfacto sibi de dictis collectis, et ad paenam tarenorum duorum.

Et emisso primo publice banno in foro Calatiae bis vel ter tempore messium, et notificato laboratoribus supradictis per collectores praedictos.

Item quod omnes laboratores teneantur tritari et discuti facere paleas victuali terrarum, quas laborant, infra dies octo, a die videlicet quo dominus receperit partem victuali ad eorum expensas, et dare partem de eo quod exierit de paleis domino terrae, sicut dat de terratico, contra quod si faceret, dominus terrae possit capere partem paleae ut voluerit, et tritare seu vendere et facere quod sibi placet.

Et similiter teneatur laborator ad eius expensas tritari facere cum iumento vel quomodo voluerit totum victuale per eum satum in terris alienis, et de parte domini terrae nil proinde impendere seu dare pro tritura ipsa, et si contra praedicta vel aliquod praedictorum venerit, teneatur Curiae tarenum unum: et domino terrae secundum eius sacramentum damnum integrum emendare,

Cap. XXXVII.—*De conservatione aeris.*

Item quod quilibet artifex teneatur et debeat pro aeris salubritate semel in hebdomada excopare ante officinam alias apotecam, seu domum suam sistentem iuxta plateam maiorem in die sabati post vesperam a mense maii usque et per totum mensem augusti, et qui contra fecerit, vice qualibet qua defecerit, solvat Curiae grana quinque.

Et quod Baiuli, qui pro tempore fuerint, teneantur qualibet hebdomada in die sabati purgare theatrum (1), et si contra fecerint, solvant Capitaneo tarenos duos.

Item quod servientes et Baiuli debeant significare domino illos quos invenerint damnum dare, antequam denuntient, quando bona non essent submissa eis per dominum.

Si contingerit aliquem servientem Domini Calatiae vel Baiulum invenire aliqua animalia damnum dantia in bonis seminatis, olivatis, ortis et aliis diversis fructibus, aeris et pignonibus hominum Calatiae et casalium eius, teneantur idem servientes et Baiuli hoc primum significare ipsorum domino, nisi eis essent submissa per dominos, et si idem dominus voluerit inde iustitiam, sit in potestate sua, et si denunciaverit tunc dominus ipsorum animalium, sacramento prius praestito per ipsum servientem et Baiulum vel alium invenientem, cuius sacramento credatur, teneatur ad paenam, prout superius continetur, et damna illata similiter emendare.

Et si hoc dominus ipsorum *(bonorum)* denunciare noluerit, dominus dictorum animalium ab omni paena inde absolutus rema-

(1) Del teatro si parla ancora in altri de' seguenti capi. Di Simone scrisse esser sua opinione che non si dovesse intendere di un vero teatro, ma di una vasta piazza che esisteva in Caiazzo, e che nella costruzione del palazzo vescovile fu occupata in gran parte, per cui di cinque pubblici pozzi di acqua sorgiva, che vi erano, ne restò soltanto uno; quella piazza, al dire del di Simone, era atta agli spettacoli. Lascio ad altri esaminare siffatta opinione; ma non posso omettere di osservare che in questi Statuti la piazza è indicata co' nomi di *platea* e di *forum*, ed in questo capo, nel LXVII e nel LXXI si distingue la *platea* dal *theatrum*, anzi è nominata proprio la *platea maior*. V. anche dopo il c. LXIV.

neat, quantumcumque iuraret de hoc inventor ipsorum damnum dantium ut supra.

Quod Baiuli quando inveniunt animalia, faciant se videre a custodibus eorum, et quod ubi non apparet damnum, quis non teneatur ad paenam.

Item quod Baiuli sive quilibet Baiulus cum reperiret animalia seu personam quamcunque damnum facientia vel facientem, in continenti faciat se videre et cognosci domino animalium seu eorum custodi, et praedicat eodem die vel sequenti sibi, quod animalia invenit in tali loco dare tale damnum, et si contra fecerit, Baiulus nullam paenam possit exigere a domino seu custode animalium praedictorum, et debeat Baiulus referre Curiae certum diem quo invenerit damna fuisse illata.

Item statutum est quod ubi non apparet damnum, denunciatus non teneatur ad paenam, et si denunciatus seu repertus per Baiulum vellet se defendere et allegare in Curia, quod damnum non est nec apparet in loco ubi accusatur seu denunciatur, et mendacium dixerit, teneatur ad duplicatam paenam.

Item statutum est quod quoties contigerit animalia reperire. damnum dantia in bonis cuiuscumque non sistentia sub custodia domini dictorum animalium seu alterius cuiuscumque, et dominus dictorum animalium recusaret solvere statutam paenam et emendare damnum domino, cui damnum fuerit illatum, possit et debeat per Baiulum exigi paenam a custode seu custodibus dictorum animalium seu ab eo in cuius familia fuerit custos dictorum animalium, et per eum compelli ad emendationem damni, prout domini animalium tenerentur.

Cap. XXXVIII.— *De illis qui promittunt iuvare* (1) *aliquem ad aliqua servitia facienda pro aliquo salario.*

Si quis promiserit iuvare aliquem ad aliqua servitia facienda certa die vel hora diei pro aliquo praetio inter eos convento,

---

(1) *Iuvare* ed *auxiliari* negli Statuti municipali delle provincie napolitane si dice de' giornalieri che prestano la loro opera per un salario, quindi *auxilium* per indicare l' opera stessa. Sono modi di dire tuttora vivi nel comune linguaggio, ed in molti luoghi io ho udito dire de' gior-

et promittens non iuvaret eum praedicta die vel hora diei ad faciendum sua servitia, constito prius per sacramentum illius quem iuvare promisit, idem promittens restituto prius damno (1) quod ille cui dicta promissio facta fuit exinde consequitur, componat Curiae vice qualibet auri tarenum unum.

Et si ille cui dicta promissio facta fuit, nollet quod dictus promittens illa die vel hora diei eum iuvaret, teneatur et debeat solvere promittenti tantum quantum solvere promisit pro illa certa die vel hora qua iuvare promiserat, nisi forte esset aliquibus rationabilibus causis impeditus, de quibus stetur provisioni Iudicum.

Et si propter pluviam vel quamlibet iustam causam promittens esset impeditus tempore promisso, teneatur illi cui promiserat primo complere et facere dietam, et sine paena transire debeat, et postea iuvare quem iuvare promisit.

Cap. XXXIX. — *De sumareriis, quod ducantur animalia per capistra.*

Si quis burdonerius vel sumarerius aut famulus alicuius non duxerit animalia onerata vel inonerata per capistra per se, cum vadat per civitatem Calatiae, portando in manibus capistrum praedictorum animalium, componat Curiae vice qualibet grana quinque. Et hoc servare teneatur tempore vendemiarum et in die Mercurii (2).

---

nalieri *aiutare*, *prestar aiuto*, non mai *servire*, *prestar servizio*. Quest'ultima parola, *servizio*, si adopera per indicare in generale ogni lavoro specialmente rurale anche eseguito o da eseguirsi dal proprietario; un coltivatore per esempio dirà che ha *molti servizi* a compiere, o all'opposto che ha compiuto i *servizi*, anche intendendo del lavoro suo personale; ma non dirà mai che tiene giornalieri a *servirlo*, ma bensì ad *aiutarlo*, a *fare i servizi*. Ho creduto che ciò meritasse esser notato, e spero che i miei lettori non penseranno diversamente.

(1) Le parole da *idem* a *damno* mancano nel 1° esemplare.

(2) Spiega di Simone che erano indicati il tempo della vendemia, nel quale gran numero d'animali percorreva le vie della città, e 'l mercordì, ch'era giorno di pubblico mercato.

Cap. XL. — *De mulieribus in foro filantibus.*

Si qua mulier filaverit vel filando iverit per forum Calatiae, componat Curiae grana quinque.

Cap. XLI. — *De auferentibus contra voluntatem domini apparatum campi alicuius.*

Si quis abstulerit de campo alieno inscio domino aratrum, mancanum vel alia instrumenta, quae ad artem campi pertinent, et convictus fuerit per unum testem, restituto prius damno exinde passo, de quo stetur sacramento domini, componat Curiae vice qualibet auri tarenum unum.

Cap. XLII.— *De salario Notariorum et Iudicum causarum civilium.*

Solvatur pro qualibet contumacia granum unum.

Pro quolibet mandato in scriptis redapto ad instantiam partium solvantur grana duo.

Pro qualibet procuratione grana decem.

Pro quolibet teste grana duo.

Sine scriptura et in causis levibus procedentibus sine citatione in scriptis et libello, prout conveniens fuerit; et si fuerit examinatus super articulis vel exceptionibus in causis libellariis, prout fuerit conveniens, et poterint partes cum Curia concordare.

Pro qualibet fideiussione grana decem.

Pro qualibet denunciatione de verbis iniuriosis, dummodo non sint de damnis, solvantur Curiae grana quinque.

Pro praesentatione libelli grana decem.

Pro qualibet licentia grana quatuor.

Pro praesentatione instrumenti vel cautelae publicae grana decem.

Pro quolibet termino fixo inter fines, in quo interessent Iudices certorum bonorum, grana decem.

Pro praesentatione cuiuslibet petitionis grana quinque.

Item si Notarius vel Iudex ductus fuerit extra maenia seu

muros civitatis Calatiae infra territorium pro intinere recipiant pro quolibet ipsorum grana decem.

Et Notario pro scriptura prout conveniens fuerit.

Pro aliis scripturis et actis scribendis in Curia et copiis scribendis processu ad instantiam partium solvant partes Magistroactorum pro quibuslibet tribus cartis quarum quaelibet sit virgulorum triginta ad minus per quamlibet faciem cartae grana decem.

Et quaelibet carta sit in quatruplum duplicata, et scriptura extendatur in medio cartae ita quod scriptura medietatem ad minus in medio repleat cartam praedictam.

Cap. XLIII. — *De Sindicis gabellarum civitatis Calatiae, salario eorum, et de illis qui deputati sunt ad videndum rationem eorum.*

Praedicti sindici praedictarum gabellarum *electi pro anno uno* (1), in dicta terra Calatiae teneantur et debeant vendere ipsas gabellas sufficienti personae praetio quo ad incantum vendi poterunt meliori, et ab ipso emptore recipere de solvendo pecuniam debitam, quoties opus fuerit, idoneam cautionem, et pecuniam recipiendam per eas a dictis gabellotis convertant et liberent in beneficio dictae Universitatis iuxta providentiam ipsius Universitatis, seu sanioris partis ipsius, seu aliorum deputandorum per ipsam Universitatem, seu Iudicum ipsius Universitatis cum duobus probis viris casalium eiusdem civitatis eligendis per Universitatem casalium praedictorum; et si aliter fecerint nulla liberatio pecuniae dictarum gabellarum, collectarum et quarumlibet aliarum rerum dictae Universitatis Sindicis dictis acceptari nec audiri in computo seu ratione ipsorum (2).

---

(1) Le parole scritte in corsivo si trovano nel 1° esemplare: mancano nel 2° ; ma si leggevano in quello di cui fece uso il di Simone, il quale nelle sue osservazioni notò questa particolarità: dal modo poi come il medesimo parla, risulta, che, almeno a' tempi suoi, non vi erano Sindici speciali delle gabelle, come pare che in questo capo si dica; ma i Sindici, amministratori dell'Università, aveano i doveri quivi espressi.

(2) Manca nel 2° esemplare una carta, che comprendeva quanto segue fra i segni ✠ ✠.

✱ Et si dicti Sindici vendiderint gabellas ipsas insufficienti personae, damnum, quod exinde pervenerit, teneantur ipsi Sindici de eorum proprio resarciri Universitati praedictae; teneantur etiam ipsi Sindici in fine dicti anni de introitu et exitu ipsius pecuniae Iudicibus et duobus probis viris propterea eligendis per eamdem Universitatem debitam ponere rationem, etiam cum quatuor probis viris de casalibus et cum novis Sindicis, qui creabuntur a principiis mensis septembris; et dicti ratione audita, discussa et visa, teneantur referre Capitaneo Calatiae et Universitati an dicti Sindici praecedentes teneantur de aliquo dictae Universitati an non.

Item statutum est quod quilibet Sindici debeant tantum habere pro laboribus eorum, quando accesserint extra civitatem, sive accederint equites sive pedites , sive equestres sive pedestres, quando accesserint extra civitatem pro solutione collectarum seu quibuscumque aliis causis occasione et causa dictarum collectarum per quemlibet diem grana decem.

CAP. XLIV.— *De decretando per Baiulos et Iudices acta Curiae quolibet mense.*

Item quod Baiuli et Iudices quolibet mense debeant decretare paenas secundum eorum providentiam Iudicum et inspectis facultatibus hominum et qualitatibus personarum, et quod Baiuli praedicti teneantur solvere ac satisfacere Iudicibus loco, tempore et more solito de salario eius *(sic)* quolibet mense grana quinque.

Et si contra fecerint, teneantur solvere Capitaneo pro paena vice qualibet tarenos duos.

CAP. XLV.—*De damnis datis ab hominibus per se et cum animalibus eorum, et credulitate ipsorum.*

Item quod in damnis datis ab hominibus per se et cum animalibus eorum in terris, seminatis, frumento, ordeo ✱ et aliis quibuscumque segetibus, hortis, arbustis, arboribus fructiferis *et non fructiferis* (1), vitibus seu propaginibus, plantis ficuum

(1) Le parole in corsivo si leggono nel 2° esemplare; mancano nel 1°.

et aliorum omnium fructuum, quod satis sepis et aliis clausuris terrarum et hortorum non credatur sacramento patientis damnum de damno sibi illato, sed solvatur sibi pro emenda prout in unoquoque capitulo de emenda continetur superius.

Et si dominus non contentaretur de emenda in dictis capitulis declarata, ponantur ibi laudatores per partes, Curia mediante, et illud quod laudatum fuerit per ipsos laudatores, Curia ipsa infra sex dies debeat facere solvere, vel assignari pignus patienti damnum, alioquin denunciatus non teneatur ad paenam, ita tamen quod si damnum excesserit valorem tarenorum duorum non stetur sacramento patientis damnum nisi saltem cum uno teste producto.

Cap. XLVI. — *Supra negligentia Baiulorum Vice-comes vel Capitaneus possit Baiulum et delinquentem punire.*

Item in defectu et negligentia Baiulorum Vice-comes et Capitaneus, qui tunc est, et qui pro tempore fuerit, possint delinquentes singulos punire, et procedere contra eos prout in singulis capitulis continetur.

Et si Baiulus accusaret aliquem de damnis praedictis malitiose, et fuerit convinctus legitime, teneatur solvere Vice-comiti Agustale unum.

Et de sacramento . . . (1) remaneat dispositioni Iuris.

Cap. XLVII. — *Quod Baiuli Calatiae non possint facere fidam cum aliquibus.*

Item quod nullus Baiulus vel Baiuli, praesentes vel futuri, qui pro tempore fuerint, non possint facere fidam cum hominibus Calatiae et casalium eius de damnis datis vel inferendis per se et cum animalibus eorum in fructibus et aliis bonis quibuscumque hominum Calatiae et casalium eius, veniendo contra tenorem et seriem praesentis assisiae, contra quod si ipsi Baiuli fecerint, teneantur solvere Curiae Domini Calatiae de

(1) Nel 2° esemplare manca la parola: nel 1° è scritto *degerato*, forse per *deierato*.

suo proprio uncias auri duas. Et teneantur ipsi Baiuli restituere eisdem affidatis totum illud quod recepissent pro ipsa fidatura. Et quicunque cum dictis Baiulis fidam fecerit, et si affidaverit, non teneatur ad paenam, de quo quilibet de populo eos denunciare possit ut supra, et eius sacramento credatur, dummodo sit homo bonae famae et non sit cavillosus.

Cap. XLVIII. — *De erbaggis vendendis.*

Item si homines Calatiae et casalium eius voluerint emere erbaggium a Baiulis et a Curia Domini Calatiae, quod exteris per eos vendi forte contingerit, Baiuli et officiales teneantur ipsum erbaggium eis vendere pro pretio quod habere potuerint ab exteris supradictis.

Cap. XLIX. — *Quod laborator quilibet possit aliquem denunciare contra voluntatem patroni de parte sibi contingenti.*

Item quod nullus laborator possit denunciare aliquem de aliqua paena praetextu damni dati in terra aliena, quam laborat, sine voluntate domini terrae praedictae, pro parte contingenti domino dictae terrae, sed possit laborator tantum denunciare damnum inferentem pro quantitate seu parte sibi contingente in segetibus seu seminibus satis in terram praedictam.

Cap. L. — *De conservando praesentia assisia, et conservari faciendo contenta in ea secundum providentiam Iudicum.*

Item quod praesens assisia per Iudices Calatiae seu ipsorum aliquem custodiatur et conservetur ad opus universitatis eiusdem, de qua recipiant copiam Baiuli terrae ipsius si voluerint per manum publicam salario mediante, ipsique Iudices quolibet sero ipsam assisiam adducant ad iudicium, ipsamque ostendant gratis scire volentibus tenorem ipsius, quando aliquod dubium verteretur, nullo salario intervento, quam assisiam in fine anni praedicti Iudices teneantur et debeant assignare aliis Iudicibus successoribus suis pro parte Universitatis praedictae, et quod Capitula praesentis assisiae debeant per Iudices tenaciter obser-

vari, observarique facere, et secundum eorum providentiam paena contenta in dicta assisia, consideratis facultatibus hominum delinquentium et qualitatibus delictorum circa paenarum exactiones per Baiulos procedatur, non obstantibus expressionibus paenarum in capitulis praesentis assisiae contentis, sed omnia dicti Iudices habeant in matura deliberatione pensare, et unicuique petenti iustitiam reddi facere et ministrare per Baiulos qui pro tempore fuerint, ipsique Baiuli omnia spectantia ad suum officium exequi debeant, et facere cum consilio et deliberatione Iudicum praedictorum, et si contrarium fecerint, ipso facto sit irritum.

Cap. LI.—*De damna dantibus in re communi.*

Item si quis inventus fuerit per se, vel cum animalibus suis damnum dare in terris, bonis seu fructibus hominum Calatiae et Casalium, quae bona, seu terrae, aut fructus sint communia inter dictos homines, non teneantur ad totam paenam in assisia contentam, sed pro illa tantum parte, quam denunciator haberet in terra, seu bonis vel fructibus communibus supradictis.

Cap. LII.—*De evellentibus arbores cuiuscunque generis, et aliis insertis sive insertalis.*

Quicunque evulserit arbores aliquas plantatas, melaginas atque peraginas, insitas vel non insitas, et quascunque alias arbores in terris laborandinis, invito domino, componat Curiae vice qualibet, qua exinde denunciatus fuerit, et convictus teneatur ad paenam tarenorum quatuor. Et in terra non laborandina teneatur ad paenam tarenorum duorum.

Et pro emenda pro qualibet arbore peragina vel melagina tarenum unum.

Et si fuerint insitae ad emendam tarenorum duorum.

Et in nemoribus teneatur ad paenam, si dominus voluerit, granorum quinque.

Cap. LIII.—*De iis qui fregerint plingos in alienis domibus vel apotecis.*

Quicunque fregerit plingos in domibus alienis et apotecis, teneatur solvere Curiae Domini Calatiae tarenum unum.

Et teneatur ad ipsos plingos duplicatos domino, et credatur sacramento domini, vel alterius qui viderit.

CAP. LIV. — *De auferentibus cementa incisa, petras, arenam et cretam evulsam.*

Si quis abstulerit cementa incisa, petras, arenam et cretam evulsam invito domino, componat Curiae vice qualibet, qua exinde denunciatus fuerit, constito prius per sacramentum domini, vel alterius qui viderit, tarenum unum.

Et domino pro emenda grana decem.

Et pro emenda cementorum incisorum tarenum unum.

CAP. LV. — *De bucceriis ac venditione carnis* (1).

Item quod nullus lanista, seu macellarius possit habere (2) ✠ nisi duos socios ad macellandam et vendendam carnem, et qui contra fecerit, componat vice qualibet, qua exinde denunciatus fuerit Agustale unum.

Item quod nullus macellarius teneat bilanciam supra macellum seu plancam, ubi inciduntur carnes, sed teneant ipsas suspensas extra plancam, sic una ex illis bilancis stet cum ponderibus in loco magis depresso, et altera cum carnibus sit altiòr medio palmo, et qui contra fecerit, componat Curiae vice qualibet tarenum unum.

Item quod nullus sit ausus accipere carnem de macello donec carnes ipsae sint incisae et assignatae ementi per macellarium vendentem eas, et qui contra fecerit, componat Curiae grana decem.

Item si contigerit carnes mortacinas vel allupatas et quomodolibet infectas vendi, quod vendantur et incidantur super tabulam, et non incidantur in planca, et praedicetur volentibus emere eas per eosdam vendentes, quod carnes ipsae ut praedictae sint infectae, quae vendantur iuxta voluntatem Cata-

---

(1) Malamente il 2° esemplare ha *vini* in vece di *carnis*.

(2) Qui nel 2° esemplare manca un'altra carta che conteneva quanto è compreso tra i due segni ✠ ✠.

panorum dictae civitatis, qui pro tempore fuerint, et in defectum Catapanei iuxta voluntatem Iudicum, et qui contra fecerint, componant Curiae Catapani vice qualibet Agustale unum (1).

Item statutum et ordinatum est de conscientia, voluntate nobilis viri Philippi de Troettis Capitanei eiusdem civitatis, et Universitas praedicta *(sic)*, quod macellatores et venditores quarumcumque carnium animalium bovinorum et baccinorum, quod integra ossa magistra, scilicet spinalium, crurium, tibiarum et spatularum, debeant extrahere et separare a carnibus vendendis, et ipsa non vendere mixta cum carnibus praedictis; et qui contra fecerit, solvat vice qualibet tarenos duos.

Item statutum est, quod quando in macello non essent carnes sufficientes omnibus de Calatia emere volentibus, macellator non debet vendere carnes alicui excedentes quantitates duorum rotulorum, et si macellator contra fecerit, solvat vice qualibet pro ✠ paena tarenum unum.

Item quilibet buccerius teneat et tenere debeat plancam ante apotecam seu domum, et non intus, et ibi incidant carnes, et qui contra fecerint, componant Curiae vice qualibet auri tarenos duos.

Item quod quilibet macellarius debeat recipere sanguinem animalium interfectorum in aliquo vase, ut sanguis non fluat per plancam, et proiciet ipsum in loco ubi non efferat aliis nocumentum, et qui contra fecerit, solvat Curiae auri tarenum unum.

Item quod nullus Baiulus habeat partem macello et in carnibus vendendis et piscibus, et si contra fecerit, componat Curiae Calatiae, qua fuerit denunciatus, Agustale unum.

Item sancitum est, quod quilibet macellator cum aliis quos habet socios in macello teneatur semel in hebdomada facere carnes ad pondus venales, et qui contra fecerit, solvat Capitaneo tarenos tres.

Et toto illo anno non liceat sibi facere carnes, et si fecerit, non ponatur per Catapanos, et incidat in paenam carolenorum (2) trium.

---

(1) Notò il di Simone che il permesso di vendere le carni morticine non si estendeva a'casi di epizoozia, quando le carni o si bruciavano o si sepellivano a grande profondità, come si era praticato nel 1712.

(2) Nel 2° esemplare *tarenorum*.

Ita tamen quod animal macellandum sit saltem, absque capite et interioribus, rotulorum decem sine aliqua infectione.

Et si macellator non contentaretur de assisa sibi imposita per Catapanes debeant ponderare unum ex quartis animalis interfecti, et faciant Catapanes lucrari quolibet animali caprino et ovino grana quinque. Et qui contra fecerit, solvat Curiae tarenos duos.

Item quod omnes et singuli macellarii, et quicunque alii exteri carnes facientes in Calatia, vel extra in Foro S. Mariae Magdalenae, et quandocumque, teneantur solvere quartuccium quartureriis Calatiae, ut est antiquitus consuetum, et qui contra fecerit, constito per sacramentum quarturerii, solvat Curiae vice qualibet, damno primum patienti secundum eius sacramentum emendato, auri tarenos duos.

Cap. LVI. — *Super venditione carnium.*

Millesimo trecentesimo nonagesimo tertio sexto decimo mensis februarii primae Indictionis Calatiae, quia quaedam discordia seu quaestio vertebatur inter homines Calatiae et buccerios seu macellatores dictae civitatis super venditione carnium, videlicet quod dicta Universitas asserebat dictos buccerios non posse vendere carnes sine voluntate Catapanorum eiusdem civitatis nisi diebus duobus ultimis carnis privi (1), videlicet die Lunae et die Martis, et buccerii dicebant se posse vendere carnes sine voluntate tribus diebus, videlicet die Dominico, die Lunae et die Martis ultimis diebus carnis privi, propter quod congregata universitate hominum dictae civitatis Calatiae et casalium eius ex parte una, ex dictis bucceriis ex parte altera, coram Nobili viro Antonio Domini Roggerii de Tiano (2) Capitaneo Civitatis Cala-

---

(1) Gli esempii e le spiegazioni che si leggono nel Glossario del Du Cange alle parole *carniprivium* e *carnisprivium* non fanno a proposito per ispiegare il *carnis privi* di questo capo. Qui *carnis privi* vale quanto in italiano *carnevale*, il periodo dal 17 gennaio al dì avanti le Ceneri inclusivi, il tempo cioè che precede la quaresima, nella quale pei cattolici vi è il precetto di astenersi dalle carni, di restarne *privi*, di dire addio, *vale*, alle carni. Così l'intendeva anche il di Simone.

(2) Nel 2° esemplare *Diano*.

tiae *ante seggium eiusdem civitatis* (1) pro causa ipsa, et quia legitime probatum olim de eadem causa fuisse litigatum, et fuisse sententiatum dictos buccerios non posse vendere carnes sine voluntate Catapanorum nisi praedictis duobus diebus ultimis carnis privi, ac audita relatione facta per homines dictae Universitatis, inventum fuit ipsos buccerios non posse vendere carnes sine voluntate Catapanorum nisi dictis diebus duobus ultimis carni privi, igitur determinatum et sententiatum est per dictum Capitaneum ac homines Universitatis Calatiae, quod buccerii praesentes et futuri non possent nec debeant vendere carnes sine licentia Catapanorum nisi praedictis ultimis duobus diebus carnis privi, scilicet die Lunae et die Martis, dum tamen praecedenti die Dominico buccerii carnes sufficientes faciant pro eodem die, aliter non liceat vendere nisi secundum assisia Catapanorum, et hoc additum de voluntate dicti Capitanei et deliberatione Universitatis praedictae, et si contra fecerint, componant Curiae Agustale unum.

Et praedicti buccerii praesentes et futuri non possent vendere lardum recentem nisi denariis duobus ultra rotulum quo vendunt carnes, et si contra fecerint, teneantur ad eamdem paenam, et assugnam denarios quatuor plus quo vendunt carnes.

Cap. LVII. — *De venditione piscium et casei.*

Vendantur pisces grossi et minuti, sardae et aliciae iuxta ordinationem Catapanorum, et in eorum defectu iusta ordinationem et providentiam Iudicum vel alterius eorumdem.

Item quod nullus accipiat seu audeat accipere pisces a loco ubi venduntur, nisi venditor prius ipsos ponderaverit et assignaverit ementi, et qui contra fecerit, componat Curiae vice qualibet auri grana quinque.

Quicunque emerit pisces grossos vel minutos, qui ad dictam civitatem Calatiae portabuntur ad vendendum, nisi in cortili Episcopatus Calatiae, vel platea publica, teneatur ad paenam granorum decem.

Et vendens si fuerit civis vel de casalibus Calatiae teneatur ad eamdem paenam.

---

(1) Le parole in corsivo mancano nel 1° esemplare.

Et si fuerit advena, et fuerit sibi praedictum, teneatur ad eamdem paenam (1).

Si vero ignoraverit dictum Capitulum non teneatur ad paenam.

Item quicumque abstulerit pisces de nassis seu nassa aliena, modo aliquo sublevaverit de aqua fluminis seu abstulerit nassas alienas, solvat vice qualibet pro paena tarenum unum, et domino nassae pro emenda grana decem.

Item statutum est quod venditores casei non possunt lucrari nisi grana duo pro qualibet decina, et quod vendant ad pondus Calatiae, et qui contra fecerit, componat Curiae vice qualibet tarenos duos.

Cap. LVIII. — *Super tabernariis et venditoribus vini.*

Lucretur tabernarius seu venditor vini de qualibet salma vini, quam vendiderit, auri tarenum unum.

Et Catapanes debent recipere sacramentum ab eis de quantitate praetii, quo emerint vinum, et si ad mensuram, vel sine mensura emerint. Si sine mensura emerint, Catapanes praedicti habeant videre et considerare mensuram cadorum seu barilium delatorum per tabernarios, et pro quantitate barilium faciant lucrari tabernarios ad dictam rationem tareni unius pro salma.

Item quod tabernarii seu vini venditores teneant mensuram ad vendendum vinum prout ordinatum fuerit per Catapanes, ipsamque teneant sigillatam sigillo Catapanum, vel alicuius ipsorum, et ad ipsam mensuram vendant vinum volentibus emere de vino praedicto, et de praetio dicti vini stetur sacramento dicti tabernarii, vel alicuius qui viderit, et qui contra fecerit, componat Curiae, constito prius per sacramentum Catapanum, vel alterius qui sciverit, auri Agustale unum.

Et dicta paena applicetur pro medietate Catapanibus, et pro reliqua medietate Baiulis; et si Catapanes negligentes fuerint in providendo, praedicti Baiuli habeant praedicta videre et cognoscere, et tota paena praedicta applicetur eis.

Item statutum est quod tabernarii et quilibet venditores vini

(1) Le parole da *et si fuerit advena* mancano nel 1° esemplare.

ad mensuram minutam per Catapanes dictae Civitatis quolibet anno usque et per totum quintum decimum diem mensis maii non possint nec debeant vendere aliud vinum nec emere quam vinum emptum ab hominibus civitatis Calatiae et Casalium eius proveniens ex possessionibus hominum eiusdem civitatis, et qui contrafecerit, solvat Curiae vice qualibet Agustale unum (1).

Et si tabernarii praefati non invenerint vinum emendum in dicta Civitate infra tempus praedictum, tunc ipsi ratificare debeant Catapanibus eiusdem civitatis, et si de praedictis eisdem Catapanis legitime constiterit, tribuere valeant dicti Catapanes praedictis tabernariis seu vendentibus vinum licentiam, quod emant quodcunque vinum venale exterum prout videbitur et placebit eis, et quando in ipsa civitate esset inopia vini, et tabernarii non possint faciliter invenire vinum ad emendum in dicta Civitate, liceat tabernariis infra tempus praedictum emere vinum ubicunque voluerint, et vendere, et lucrari prout superius est expressum.

Cap. LIX.—*Super venditione panis.*

Facientes panem ad vendendum faciant panem album competentem bene coctum, bene fermentatum, et *quot* (2) tumuli frumenti dantur pro uncia auri una, tot unciae dicti panis, et duae unciae plus in pondere dentur de dicto pane cocto pro grano uno, et qui contrafecerit, componat Curiae vice qualibet qua denunciatus fuerit, et convictus per sacramentum denunciatoris, vel alterius qui sciverit, auri tarenos duos.

Cap. LX. — *De creando Catapanes.*

Eligantur quibuslibet duobus mensibus per Iudices Calatiae duo Catapanes, qui exerceant mensibus duobus officium eorum, et completis dictis duobus mensibus si alii Catapanes non crea-

---

(1) Come si leggerà appresso, una disposizione simile si volea fare in Cerreto e ne fu domandata l'approvazione del feudatario: è notevole e degna di lode la risposta del medesimo: *non placet propter libertatem.*

(2) Nel 1° esemplare manca *quot.*

buntur, ipsi Catapanes creati possint et valeant exercere officium Catapaniae donec alii Catapanes creabuntur successores eorum.

Cap. LXI. — *Quod a tarenis tribus infra stetur seu stari debeat sacramento creditoris.*

Item statutum est quod quilibet (*sic*) creditori qui videtur Iudicibus fore bonae famae et non cavillosus credatur, et stetur per debitorem sacramento ipsius a tarenis tribus infra, et si debitor contradiceret, incidat in paenam tarenorum quatuor (1).

Cap. LXII. — *Quod nulli liceat facere literam Universitatis sine conscientia iudicum et proborum virorum.*

Item quod nulli liceat facere aliquam literam pro parte Universitatis sine consilio et conscientia Iudicum Calatiae, et decem hominum de probioribus et melioribus dictae Universitatis, similiter cum Iudicibus praedictis congregatorum, et qui contra fecerit, solvat Domino Calatiae, et non Baiulis, pro paena uncias decem.

Cap. LXIII. — *De eligendo homines per Universitatem ad videndum et perquirendum eius facta.*

Die primo mensis septembris undecimae Indictionis anno Domini millesimo quatringentesimo decimo septimo, congregata in

(1) A. Gellio (Notti Att. XIV, 2) ci ha conservato le seguenti parole di un'orazione di M. Catone: « Atque ego a maioribus memoria » sic accepi: si quis quid alter ab altero peterent, si ambo pares es- » sent, sive boni sive mali essent, quod duo res gessissent uti testes » non interessent, illi unde petitur ei potius credendum esse. » In una causa, di cui A. Gellio era stato eletto giudice, e nella quale l'attore era di ottima morale, il convenuto di pessima, il filosofo Favorino da Gellio consultato, fu di parere che fosse accolta la domanda, sebbene non provata in alcun modo: Gellio non seguì il consiglio, e dichiarò *sibi non liquere*. Si deve plaudire la pronunziazione di A. Gellio; ma dopo il confronto coll'opinione di Favorino non parrà strana la disposizione degli Statuti di Caiazzo, tanto più perchè scritta per le cause di valore non eccedente tre tarì.

unum Universitate et hominibus Civitatis Calatiae, seu maiori et saniori parte hominum ipsius Civitatis eiusque Casalium, de beneplacito, consensu et voluntate hominum Universitatis ipsius pro reservatione Status Domini et hominum dictae Civitatis, evitandi gratia materiam quorumlibet errorum, qui pro incumbentibus ac imminentibus oneribus tam impositione collectarum, quam aliarum causarum inherentium hominibus Civitatis praedictae orīri solent, statutum et ordinatum est per homines eiusdem Civitatis, quod a nunc in antea et in perpetuum omni anno subeunte seu intrante primo die mensis septembris, ultra Sindicos et *Iudices* (1) eligendos per Universitatem praedictam, iuxta antiquam consuetudinem, debeant eligi per homines eiusmet Universitatis, videlicet de corpore Civitatis praedictae, sex viri de probioribus, at pro quolibet casali unus homo similiter de probioribus ipsorum Casalium, qui habeant una cum dictis Sindicis et Iudicibus in diebus Dominicis bis in mense se pariter unire et convenire in unum intra Episcopatum Civitatis Calatiae seu alium locum remotum, et ibidem providere et consulere ac disponere de omnibus occurrentibus Universitati praedictae, et quibuscunque aliis causis facientibus pro commodo et statu hominum ipsius Civitatis in genere et specie, et presentes Sindici, et alii successive futuri, non debeant nec valeant aliquas collectas imponere et recolligere in dicta Civitate Calatiae, sine expressa conscientia et voluntate eorumdem hominum rectorum (2) et aliorum successive eligendorum, nec debeant *scilicet electi* (3) aliquam pecuniam Universitatis praedictae in quibuslibet causis eidem Universitati incumbenti liberari et solvere ultra quantitatem tarenorum duorum sine conscientia, consilio et deliberatione hominum praedictorum, quibus

---

(1) *Iudices* manca nel 1° esemplare, ma essendovi l'*et* il *iudices* mi pare omesso per inavvertenza.

(2) *Rectorum* nel 1° esemplare, nel 2° *et actorum:* preferirei *electorum* oppure *dictorum*.

(3) *Scilicet electi* mancano nel 1° esemplare: io credo che tali parole siano state una erronea glosa inserita inopportunamente nel testo; il soggetto di *debeant* mi pare che sia *Sindici*, i quali non potevano disporre di somma maggiore di due tarì senza il concorso di quegli uomini probi.

hominibus electis et aliis successive eligendis ipsa Universitas praebet et praebuit ex nunc pro tunc et in futurum, plenam, liberam, omnimodam potestatem, quaecunque facta et negotia Universitatis et Civitatis praedictae et Casalium eius providere et disponere, corrigere et emendare, prout eis et maiori ac saniori parti ipsorum videbitur expedire, et quicumque ex dictis hominibus electis deficerent in praemissis et se non convenirent in dictis diebus Dominicis cum aliis electis, teneantur ad paenam duorum Agustalium Curiae praesentis Capitanei, et alterius qui pro tempore fuerit, nisi contingeret ipsum existere extra territorium Civitatis Calatiae, aut fuerit ex aliqua causa iusta et probabili impeditus, qua habeant cognoscere et videre praefati homines electi; et ut praesens statutum validum et firmum omni futuro tempore existat, ordinatum et statutum est per homines dictae Universitatis, ut de eo tradatur et tradi debeat per Sindicos Universitatis eiusdem copiam presenti Capitaneo, et aliis successive futuris (1).

Cap. LXIV. — *De damnis datis in pratis, lupinis et aliis erbis pro aderbandis animalibus.*

Item statutum est ut si quod animal inventum fuerit damnum dare in campo alieno seminato invito domino, de quo stetur ipsius sacramento, et cuiuscunque alterius qui viderit, et denunciatus fuerit, componat Curiae vice qualibet paenam inferius praedestinatam; et tantumdem ipsius paenae pro emenda recipienti damnum.

Si bos domitus aut indomitus damnum dare in pratis satis vel non satis, lupinis, rapis, ferraginibus et erbis aliis pro aderbandis animalibus inventus fuerit de die, solvat Curiae, vice qualibet qua inventus fuerit, pro quolibet dictorum animalium grana quinque; et tantundem domino patienti damnum.

---

(1) Leggiamo in di Simone che a' tempi suoi questo capo non era più in osservanza, e che per tutto ciò che oltrepassava i poteri ordinarii de' Sindici si convocava il popolo in pubblico parlamento per deliberare. Di ciò il citato scrittore non si mostrava punto contento, ed avrebbe voluto che a' popolani non si fosse lasciata altra parte che di obbedire alle deliberazioni de' patrizii, *patrum*.

Item si equus, equa, mulus, mula, pro quolibet de die solvat Curiae pro paena grana quinque; et tantundem domino patienti damnum.

Et si aliquid de dictis animalibus in dictis segetibus damnum dederit de nocte, solvat Curiae duplicatam paenam; et tantundem patrono patienti damnum (1).

Et similiter si dominus dictorum animalium custodiverit ea ad damna facienda, teneatur solvere duplicatam paenam, quam emendam.

Si porcus aut scrofa grana duo: si capra vel ovis grana duo: si gallina granum medium: si anser granum unum.

Infrascripta Capitula seu municipales constitutiones editae et superadditae sint aliis municipalibus constitutionibus per homines Universitatis civitatis Calatiae cum plena deliberatione consilii eiusdem Universitatis ad infrascripta specialiter congregatae more solito in teatro civitatis praedictae cum conscientia, assensu, beneplacito et voluntate egregii viri Martini de Cesareis Regii Capitanei Civitatis praedictae infrascripta omnia consensientis, volentis et permittentis pro communi commodo et statu Reipublicae praedictae civitatis ad honorem et fidelitatem Illustrissimi Domini Alfonsi Dei Gratia Regis Aragonum, Siciliae citra et ultra Farum, Valentiae, Ungariae, et Regni huius anno quarto decimo sub anno Domini nostri Iesu Christi 1448, die vigesima octava mensis decembris undecimae Indictionis (2).

Cap. LXV. — *De paenis quae debent applicari Capitaneo.*

Superadditum est ea deliberatione et consilio dictae Universitatis, quod paenae contentae in assisia civitatis praedictae, quae applicari debeant Capitaneo praesenti et successive futu-

---

(1) Da *et si aliquid* fino a questo punto manca nel 1° esemplare.

(2) La parola *infrascripta* ripetuta in questo periodo due volte, importa che la notizia in essi data con tutte le particolarità di tempo, luogo e persone si riferisce a' capi seguenti: di Simone però l'intende delle disposizioni precedenti, cap. LXIV.

ro, ipse Capitaneus exigere debeat a trasgressoribus quibuscunque, absque personarum exceptione, secundum ipsius Capitanei limitationem et providentiam, non obstantibus quibuscunque praecibus Civium porrigendis Capitaneo praedicto de remittenda paena praedicta in parte aut in totum, et quicunque civis de hoc praeces porrexerit Capitaneo praedicto, teneatur ad eamdem paenam, qua delinquens teneretur, et nihilominus idem Capitaneus procedat contra delinquentem ad paenam debitam prout providentiae suae videbitur.

Cap. LXVI. — *De damnis datis in hortis* (1).

Quoad paenam impositam inferentibus damna in hortis superadditum est quod horti qui fuerint intra maenia civitatis Calatiae, aut extra maenia per spatium unius competentis ictus balistrae, debeant esse decenter clausi, et sic etiam hi qui fuerint in Casalibus aut extra Casalia additata (2), aut extra vias publicas, debeant esse decenter clausi, aliter domini animalium pro damnis illatis per ipsa animalia ad paenam non teneantur, sed tantum ad emendam illati damni iuxta providentiam Iudicum aut proborum virorum, non obstante limitatione paenae in assisia contentae.

Si autem horti fierent alibi scilicet in campis ubicunque domini animalium inferentium damna teneantur ad paenam et ad emendam in presenti assisia contentam, sive horti fuerint clausi, sive non.

Cap. LXVII. — *De facientibus rixas.*

Item superadditum est in facientibus rixas, quod quicunque rixas fecerit in quocunque loco plateae civitatis Calatiae, seu

(1) Le disposizioni contenute in questo capo LXVI, che furono aggiunte a quelle del capo V, con piccole varietà si trovano pure scritte in fine del medesimo. Le ho conservate in ambi i luoghi per restar fedele agli esemplari di cui fo uso.

(2) *Additata.* Nel 1° esemplare è scritto *addita;* nel 2° qui *additata,* ma nel cap. V *abitata,* parmi si debba leggere *additata.*

in teatro; aut in tabernis sistentibus prope dictam plateam, praecedentibus verbis iniuriosis, inceptor rixae, scilicet prolator verborum iniuriosorum, seu inferens iniuriam sine manus iniectione, et de his legitime, etiam summarie constiterit per testes idoneos et sufficientes, teneatur vice qualibet ad paenam medii Augustalis applicandam Capitaneo praedictae civitatis seu Baiulis; si ipsis Baiulis non fuerit per patientes iniuriam querela porrecta in quibus Capitaneus tantum possit procedere sine accusatore sive denunciatore.

Item si quis manibus, sine armis prohibitis, aliquem animose percusserit, teneatur ad paenam unius Agustalis, non obstante si per passam iniuriam denunciatus non fuerit, nec querela porrecta; et si passus iniuriam voluerit via ordinaria agere actione iniuriarum contra inferentem iniuriam, sibi liceat, et officiales praedicti de praedictis eo casu de per se non possunt cognoscere, sed iuris communis aut regiarum constitutionum determinationi stetur.

Cap. LXVIII. — *De ponderibus et mensuris* (1).

Item superadditum est quod nemini liceat vendere victualia aliqua absque tumulo mercato per Catapanes Civitatis praedictae, et similiter oleum sine mensura iusta mercanda seu aequanda per Catapanes praedictos, qui habeant expensis Universitatis emere mensuram aeream iustam, cum qua vasa, quibus venditores oleorum equentur (2) cum sigillo Catapanorum Civitatis praedictae, et similiter fiant de vino, et qui contra fecerit, solvat Curiae vice qualibet Agustale unum.

Cap. LXIX. — *Super tabernariis.*

Item noviter statutum est et ordinatum per homines Universitatis praedictae pro revelatione (3) onerum incumbentium

(1) Il contenuto nel presente capo si trova riportato in fine del c. XVI. Vedi nota al c. LXVI.

(2) Così in questo capo ambi gli esemplari: a me pare che dopo *oleorum* manchi il verbo indicante l'azione de' venditori, e l'*equentur* si riferisca a *vasa* che doveano avere la stessa capacità della misura metallica giusta, *cum qua* etc.

(3) Nel 1° esemplare *revelatione,* nel 2° *relatione.*

sepius Universitati praedictae, quod granis decem, quae taberna-
rii lucrari debent pro quolibet barili vini secundum prima Ca-
pitula assisiae Civitatis praedictae applicetur universitati grana
duo cum dimidio, quae grana duo cum dimidio si decenter in
gabella vendi poterint seu locari, vendantur per Sindicos eiusdem
Universitatis, qui pro tempore fuerint, maiori quo praetio po-
tuerint, aliter colligantur per praefatos Sindicos pro parte prae-
dictae Universitatis, et scribatur per eos tota quantitas vini ven-
denti *(sic)* et nomina vendentium, et fiant duo scripturae, una
tenenda per dictos Sindicos, et alia per tabernarios praefatos.

Et si emptores et venditores vini non notificarent dictis Sin-
dicis seu gabellotis, qui pro tempore fuerint, infra tres dies
quantitatem vini praedicti, teneatur unusquisque eorum vice
qualabet ad paenam unius Agustalis applicandam pro medietate
Curiae Capitanei civitatis praedictae, et pro reliqua medietate
Sindicis seu gabellotis praedictis pro parte dictae Universitatis,
et accusatori applicetur quarta pars paenae praedictae (1).

Cap. LXX. — *De silentio servando in Curia.*

Item statutum est, quod in Curia tam Capitanei civitatis Ca-
latiae, quam Baiulorum et Iudicum pro Tribunali sedentium,
silentium conservetur, et nemini liceat, nisi cum oportuerit in
tangentibus eum seu alterum cuius Procurator fuerit seu ne-
gotia gesserit, loqui, seu voces altas emittere, sed cum debita
reverentia sua iura et allegationes facere et praeferre, et qui
contra fecerit vice qualibet solvat grana quinque Curiae appli-
canda regentibus Curiam, in cuius paenae exactione si Baiuli
negligentes fuerint ad eamdem paenam teneantur, qua tenentur
non conservantes silentium praedictum, exigendum per Capita-
neum civitatis praedictae.

---

(1) Di Simone spiegò che l'Agustale andava diviso per un terzo al
Capitanio, un terzo all'Università ed un terzo all'accusatore: ciò non è
conforme al testo, che dà al Capitanio la metà ed un quarto all'accu-
satore, laonde per l'Università non resta che un altro quarto.

Cap. LXXI. — *De honestate conservanda.*

Item statutum est quod nemini liceat in teatro, nec in platea maiori dictae civitatis ratione honestatis (1) turpia facere audienda per circumstantes in teatro et in platea maiori civitatis praedictae, et qui contra fecerit, solvat vice qualibet Curiae Capitanei dictae civitatis, si sibi denunciatum fuerit per aliquam personam idoneam, seu Curiae Baiulorum praedictae civitatis, si de praedictis eis per fide dignam personam facta fuerit relatio medio iuramento, tarenum unum.

Cap. LXXII. — *Quod in matrimoniis et contractationibus mulierum in civitate Calatiae vivatur iure Longobardo* (2).

Quia pro praeteritis temporibus in civitate Calatiae plures lites et quaestiones ortae fuerunt inter homines dictae universitatis et districtus ipsius, numquid in civitate praedicta vivatur iure longobardo an iure romano, et exinde magna dubia resultaverunt et expensas graves litigantes incurrerunt.

Statutum propterea noviter est per dictam Universitatem pro remotione omnis dubii quod praedictis possit contingere in futurum, quod in dicta civitate et eius casalibus vivatur in futurum in matrimoniis et contractibus mulierum tantum iure longobardo, in successionibus autem et aliis iure romano, et secundum regni constitutiones et capitula regia et reginalia ac capitula assisiae civitatis eiusdem in his quae in assisia praedictae civitatis continentur, non obstantibus quibuscunque instrumentis et scripturis aliis, quae reperiuntur et reperiri poterunt in civitate praedicta, aliter cives vixerint seu in dicta civitate vivant, Capitaneus, Iudices et Baiuli praesentes et alii successores futuri determinare et iudicare debeant, in causis matrimonialibus damtaxat exceptis.

---

(1) *Ratione honestatis* manca nel 1° esemplare.

(2) Di Simone nell'*Osservazione* a questo capo notò che già da molto tempo il Diritto Longobardo non era osservato neppure in ciò di che parla il capo stesso.

Anno Domini millesimo quatricentesimo sexagesimo indictione octava, regnante serenissimo Domino nostro Ferdinando Hierusalem et Siciliae rege, Dominaque dictae civitatis Calatiae Magnifica et excellenti Domina Lucretia de Alanio dictae civitatis Calatiae utili Dominá, infrascripta capitula (1) superaddita sunt aliis capitulis per homines Universitatis Calatiae, conscientia, beneplacito, voluntate et assensu magnifici Domini Francisci de Antignano de Capua dictae civitatis Calatiae Gubernatoris pro parte dictae Dominae Lucretiae de Alanio, nec non nobilis et egregii viri Bartholomei (2) de Antignano de Capua Capitanei dictae civitatis infrascripta omnia consentientium, volentium et permittentium pro communi commodo et statu Reipublicae civitatis Calatiae praedictae ad honorem et fidelitatem Regis Ferdinandi qui supra, et ex parte magnificae Dominae Lucretiae de Alanio eiusdem civitatis Dominae.

Cap. LXXIII. — *Super bracciariis.*

In primis superadditum est ut supra quod bracciarius ad metendum granum recipiat pro salario qualibet die cum expensis grana quindicim auri.

Ad metendum ordeum, farros, mileum et fabbas auri grana decem.

Ad versandum linum grana decem.

Ad ligonizandum, purgandum seu mundandum granum et alia vectualia grana quinque.

Ad vendemiandum uvas, dummodo non portat fiscinam plenam uvis, sed tantum usque ad quatuor vel quinque butriones seu ut dicam pignas uvae pro familia sua, grana decem.

Fiscenarius seu fiscenaria recipiat grana duo cum dimidio.

Vitturalis cum sumarra ad ferendum uvas cum cupellis plenis grana decem.

(1) Di Simone anche qui (V. not. 2, p. 94) non ostante la parola *infrascripta*, intende che la notizia data si riferisca al capo LXXII. Io non divido questa opinione, e ritengo la parola suddetta, la quale si legge uniformemente in ambi gli esemplari, nel suo significato naturale di ciò che è scritto dopo, non di ciò che precede.

(2) A questo punto finisce il 2° esemplare, mancando gli ultimi fogli.

Cum iumento seu mulo vel equo dummodo possit onerare et exonerare supra dicta animalia grana duodecim.

Recipiat bracciarius ad potandum vites et arbores et spoleandum fructus olivarum et ad propaginandum, ligonizandum et scalciandum vites et arbores a mense octobris et per totum mensem martii et facienda alia servitia auri grana septem cum dimidio.

Recipiat a mense aprilis usque et per totum mensem septembris ad incidendum ligna, ligonizandum vites, arbores, olivas et alias arbores fructiferas et ad faciendum alia servitia utilia et generalia grana decem.

Recipiat pro salario quando commodaverit somarium ad portandum ligna grana quinque.

Recipiat laborator ad laborandum a mense martii usque et per totum mensem octobris pro qualibet opera bovum grana quindecim.

Si quis autem contra praedicta vel aliquid praedictorum venire presumpserit, componat Curiae Domini Capitanei vice qualibet qua exinde denunciatus fuerit per quascunque personas, quibus eorum sacramento credatur, tam conductus quam conducens, scilicet offerens et recipiens salarium ultra quod supra scriptum est, pro qualibet die auri tarenos tres.

Cap. LXXIV. — *Super possessionibus clausis.*

Item quod nullus homo de Calatia et Casalium eius nec advena sit ausus ponere animalia sua in possessionibus alienis clausis clausura condecenti, scilicet in olivetis, arbustis et aliis arboribus fructiferis ibi sistentibus.

Si boves domiti componat Curiae Baiulorum auri tarenos tres.

Si alia animalia baccina indomita tarenos duos.

Si capra vel ovis vel porci tarenos duos.

Si equus vel equa, mulus seu mula, asinus vel asina, tarenos duos.

Si quis autem contra praedicta venire praesumpserit, vice qualibet qua exinde accusatus vel denunciatus fuerit per dominos ipsarum possessionum vel per personas quascumque, dummodo sint homines bonae famae, quibus eorum sacramento credatur, componat Curiae Baiulorum ut supra distinguitur.

Et si Baiuli fuerint negligentes ad exigendas dictas paenas, Capitaneus procedat contra dictos Baiulos et dominos animalium praedictorum ad supradictas paenas.

Et si praedicta animalia aliquid aliud damnum dederint in dictis possessionibus, scilicet in olivetis, vitibus, arboribus fructiferis, fructibus existentibus et seminibus, teneantur domini animalium dictorum ad illam paenam, vice qualibet qua exinde denunciati fuerint, prout in Capitulis Assisiae continetur *De damnis datis ab hominibus* (cap. XVIII) et ad illam emendam.

Item quod nullus de Calatia et Casalium eius, qui habent animalia caprina vel ovina, sit ausus vendere aedos extra civitatem et territorium ipsius, sed ipsos aedos teneatur deferre et portare ad videndum in foro Calatiae in die Mercurii, et aliis diebus in platea maiori dictae civitatis, et quod nullus macellator sit ausus ipsos aedos emere pro vendendo in platea, sed pro usu tantum donec cives fuerint p.° *(primo?)* fulciti, et qui contra fecerit, componat Curiae Domini Capitanei, vice qualibet qua exinde accusatus fuerit per quascumque personas, quibus earum sacramento credatur, auri tarenos tres.

Item quod nullus de Calatia et Casalium eius nec advena sit ausus vendere caseum tam caprinum quam ovinum et sardicium et cuiuscumque generis sit sine licentia et assisa Catapanorum sive Iudicum ipsius civitatis praedictae qui pro tempore fuerint, et qui contra fecerit, teneatur ad paenam tarenorum duorum, applicandam pro medietate dictis Catapanibus, et pro reliqua medietate Baiulis dictae civitatis, qui teneantur inquirere praedicta in simul et separatim a dictis Catapanibus, et si Catapanus et Baiuli negligentes fuerint, Capitaneus possit procedere ad exigendam dictam paenam vice qualibet qua exinde accusatus fuerit per quascumque personas, quibus earum sacramento credatur.

Item quod nullus ipsorum sit ausus vendere dictum caseum in domibus ipsorum, nisi in foro Calatiae in die Mercurii, et in aliis diebus in platea maiori civitatis Calatiae, et qui contra fecerit, teneatur ad paenam ante dictam applicandam dictis Baiulis et Catapanibus praedictis, nec non nullus ipsorum sit ausus portare dictum caseum ad vendendum extra civitatem praedictam sine licentia Catapanorum ad paenam praedictam tarenorum duorum.

Cap. LXXV. — *De non eiciendo ossa mastra in platea maiori.*

Item quod nullus macellator sit ausus eicere ossa mascaria porcorum nec alia ossa spinaria et mastra in platea maiori dictae civitatis, et qui contra fecerit, componat Curiae Baiulorum vice qualibet qua exinde accusatus fuerit per personas quascumque, quibus earum sacramento credatur, auri tarenos duos (1).

Cap. LXXVI. — *De recatteriis.*

Item quod nullus recatterius sit ausus emere fructus quoscumque et olera cuiuscumque generis sint, venientes ad vendendum ad dictam civitatem ab illa hora, qua incipiunt vendi in antea numerando spatium trium horarum, non possint emere pro revendendo, sed pro usu domus suae, et qui contra fecerit, componat Curiae Baiulorum vice qualibet tarenum unum.

Cap. LXXVII. — *Usus civitatis Calatiae in matrimoniis antiquitus observatus talis est.*

Si (2) vivente muliere virum suum mori contingerit, heres illius mariti a die obitus usque ad tres menses completos teneatur dare et restituere illi mulieri vel heredibus et successoribus suis pecuniam, terram et res mobiles dotales, quas receperit vir in dotem ab illa uxore sua sive alio pro parte sua, praeter (3) id quod de his rebus mobilibus dotalibus iuxta usum ipsorum coniugum consumptum vel marcescitum fuerit aut Dei iudicio igne crematum.

Si autem mulier praedicta seu uxor illius viri infra trien-

---

(1) Questo capo, che va ravvicinato al § 5 del capo LV, non esprime che un caso speciale della disposizione generale del capo XV § penult.

(2) È questo il solo capo che di Simone riportò testualmente nel suo libro, e di là ha preso il *si* che manca nell'unico esemplare che ci resta per gli ultimi capi, come ho detto di sopra.

(3) *Praeter* ha di Simone, e così qui appresso; nell'esemplare ms. *pariter*.

nium illo viro suo vivente mori contigerit, filio vel filia ex communi procreatione illorum coniugum non superstitibus, vel vivis natis et habitis, similiter ille vir dictae mulieris a die obitus dictae mulieris usque ad tres menses completos teneatur dare et restituere heredibus dictae mulieris pecuniam, terram et res mobiles dotales, quas reciperat in dotem ab uxore sua seu alio pro parte sua, praeter quod de his rebus mobilibus dotalibus iuxta usum ipsorum coniugum consumptum et marcescitum vel Dei iudicio igne crematum fuerit, et praeter ferrum, aes et lectum.

Si vero tamen mulier post tres annos completos a praedicto die sponsaliarum praedictorum coniugum in antea numerandos, vel si infra tres annos eosdem filium vel filiam ex communi procreatione susceperit vel habuerit et decesserit dicto viro suo superstite, tunc dictus vir lucrifaciat omnes praedictas dotes, quia sic est ut praedicitur de antiquato usu et consuetudine dictae civitatis Calatiae.

Cap. LXXVIII. — *De tertiaria vini.*

Millesimo quatracentesimo sexagesimo nono dominante civitate Calatiae illustrissimo Domino Roberto d'Aragonia de Sancto Severino eiusdem civitatis Calatiae Comite, ac sub Praesidatu ac Capitaneatus officio nobilis et egregii viri Ioannes Antonius de Ferrariis de Pavia, de voluntate et beneplacito civium omnium Universitatis civitatis Calatiae pro statu augum.to (*sic*) dictae civitatis Calatiae gravaminibus et oneribus supportandis, quibus mediantibus dicta Universitas salubriter possit a praementibus et maxime a ruina et devastatione murorum eiusdem civitatis et aliis gravaminibus occurrentibus eidem civitati et pro reparatione et reedificatione eorumdem relevari.

Statutum et ordinatum est per homines et Universitatem eiusdem, cum consensu quoque, voluntate, beneplacito et assensu S. Regiae Maiestatis Serenissimi Domini Regis Ferdinandi Regni Siciliae, prout patet in quodam privilegio magno pendente sigillo munito eiusdem S. R. Maiestatis ad cautelam dictae civitatis, quae ex nunc in antea in dicta civitate eiusque pertinentiis ac districtu ponere seu imponi facere gabellam seu ter-

ziariam vini prout in civitate Capuae, eiusque iura, fructus, redditus et proventus ab omnibus et singulis hominibus et personis dictae civitatis, qui ipso iure non sint exempti, eiusque pertinentiis et districtu recolligere, exigere, percipere per dictam Universitatem aut alios sui parte, applicandam utique commoditatibus, oneribus et gravaminibus, et signanter in reparatione et reedificatione murorum ruina vastorum convertendam, ac omnes et singulos qui ad solutionem dictae gabellae seu terziariae vini eiusque unium (*sic*) praedictarum renitentes fuerint, compelli faciendum ad instantiam dictae civitatis, vel aliorum sui parte, per Capitaneos et alios Officiales dictae civitatis vel Locumtenentes praesentes et futuros per captiones personarum, rerum et bonorum eorum, aliaque opportuna remedia dictae Universitati visa, et in praedictis et circa praedicta implorandum et implorari faciendum auxilium, favorem et assistentiam dictorum Officialium, et alia in praemissis faciendum, quae fuerint opportuna, et ita ordinatum, statutum et compensatum est per homines Universitatis eiusdem cum matura deliberatione et voluntate Universitatis ipsius et praedicti Domini Ioannis Antonii Vice-Comitis dictae Universitatis Calatiae ibidem praesentis et authoritatem et consensum et beneplacitum quantum sua interest praestantis, et id fieri per dictam Universitatem permittentis sub anno Domini 1469 die decimaquarta mensis maii secundae Indictionis.

Item statutum est per homines eiusdem Universitatis prout fit in civitate Capuae, quod per Catapanes praedictae Universitatis Calatiae qui pro tempore fuerint vel quemlibet ipsorum ad instantiam seu requisitionem dictae Universitatis vel aliorum sui parte costitutorum, supradictam gabellam seu terziariam vini ponatur, assectetur mensura minuta ad vinum vendendum ad arbitrium et voluntatem tabernariorum et quorumlibet venditorum vini in dicta civitate eiusque pertinentiis et districtu, mensura sigilletur sigillo Catapanorum per dictos Catapanes prout antiquitus fieri solet per eosdem et in aliis capitulis continetur, et tertia pars praetii vini venditi seu vendendi applicetur dictae Universitati seu aliis sui parte pro commoditatibus omnibus et gravaminibus dictae Universitatis, et maxime pro reparatione reedificatione murorum praedictae Universitatis, et om-

nes et singuli qui renitentes fuerint ad solutionem terziariae praetii dicti vini venditi per eos teneantur ad paenam unius Augustalis vice qualibet applicandam dictae Universitati sive gabellis *(gabellotis?)* pro sua parte infra octo *(dies?)* post venditionem vini praedicti.

Item statutum est quod nemini de Calatia liceat vendere vinum ad misuram minutam in civitate Calatiae eiusque territorio sine licentia Catapanorum et gabelloti dictae terziariae, sed tantummodo quolibet liceat et licitum sit vendere vinum ad quartarolum, seu barilia, et non citra quartaronum, et qui contra fecerit, teneatur solvere paenam unius Agustalis dictis Catapanibus et gabellotis applicandam pro medietate, vice qualibet qua exinde accusatus fuerit, et accusatoris sacramento credatur.

Item statutum est, quod nulli tabernario, seu venditori vini, liceat tenere aliud vinum pro vendendo, quam vinum perventum ex possessionibus et industria ac cultura hominum civitatis Calatiae, dum in dicta civitate vinum praedictum reperitur, non obstantibus aliis Capitulis Assisiae, quae dictant, quod a mense maii sit licitum tabernariis emere quodcumque vinum exterorum, nec eis et quilibet ipsorum sit licitum emere vinum, quod forte in dicta Civitate aliqui exteri seu advenae portabunt ad emendum, sed tantumodo sit licitum aliis dictum vinum emere pro usu et familia sua non pro vendendo tabernariis seu venditoribus vini, et qui contra fecerit, teneatur ad paenam unius Augustalis, applicandam Curiae Domini Capitanei civitatis Calatiae, vice qualibet qua exinde accusatus fuerit, cuius accusatoris sacramento credatur.

Item statutum est, quod nemini liceat emere vinum forense pro vendendo dictis tabernariis, sed tantumodo sit licitum pro usu domi suae, et qui emerit vinum forense pro revendendo, et costiterit dictae Curiae Domini Capitanei per sacramentum alicuius, teneatur ad paenam dictae Curiae applicandam vice qualibet unius Augustalis.

Cap. LXXIX. — *De personis ecclesiasticis.*

Item statutum et ordinatum est per homines dictae Universitatis, quod omnes et singuli presbiteri, religiosi, monaci, perso-

nae ecclesiasticae, eremitae, romerii seu peregrini, sint exempti et immunes, et omnes et singuli, qui ab Ecclesia sunt privilegiati, ab solutione dictae gabellae terziariae dicti vini, et si tabernarii seu quilibet ipsorum venderent vinum dictis personis ad mensuram adiustatam pro laicis ad dictam terziariam; sit ad detrimentum et damnationem animarum suarum, et si accusatus fuerit, teneatur ad paenam unius Augustalis, applicandam Curiae Domini Capitanei Calatiae, dummodo costet per sacramentum alicuius qui viderit.

Et mensura unius torniensis pro laicis detur praedictis personis pro denariis duobus.

Item statutum est quod per Catapanes eiusdem civitatis, qui pro tempore fuerint, ponatur alia mensura separata dictis tabernariis pro vendendo vino dictis presbiteris et personis ecclesiasticis, ut supra, prout in Capitulis Assisiae Civitatis eiusdem continetur, qui tabernarii lucrentur pro quolibet barile vini vendendi dictis presbiteris et personis quibus supra auri grana decem ultra praetium quo emerint vinum pro barile, de quo praetio stetur sacramento dicti tabernarii, prout in dicta Assisia continetur per Capitula ante statuta ad paenis contentis *(sic)* in ipsis Capitulis.

Item statutum est, quod omne vinum vendendum per tabernarios et quemlibet ipsorum dictis personis ecclesiasticis quibus supra, quod quilibet tabernarius seu venditor vini ad mensuram minutam, teneatur et debeat scribere et notare, seu scribi et notari facere, seu mandare in suis quaternis vel taglis totam quantitatem vini venditi per eum dictis personis ecclesiasticis quibus supra, et dictam quantitatem vini venditi ut supra significare dictis gabellotis dictae terziariae in scriptis vel taglis, et cum sacramento, et gabelloti ad requisitionem dicti tabernarii scribere et notare debeant in suis quinternis in fine de tota quantitate dicti vini venditi dictis personis ecclesiasticis quibus supra, et dicti tabernarii non teneantur solvere tertiariam seu gabellam, sed dicti gabelloti teneantur dictam quantitatem dicti vini venditi per tabernarios dictis personis ecclesiasticis quibus supra defalcare, et audire, et si quis ipsorum, scilicet tam tabernarii quam gabelloti, ad praedicta contrafecerint, teneantur ad paenam unius Augustalis, applicandam Curiae Domini Capitanei vice qualibet ut supra.

Cap. LXXX. — *De vineis.*

Millesimo quatricentesimo septuagesimo Domino civitatis Calatiae Illustri Domino Roberto de Aragonia de Sancto Severino civitatis Calatiae Comite, ac sub presidatu et Capitaneatus officio Mag. Domini Ioannis Antonii de Ferrariis de Pavia, statutum et ordinatum est denuo per homines Universitatis civitatis Calatiae et Casalium eius cum plena deliberatione consilii eiusdem, cum conscientia, beneplacito et assensu supradicti D. Ioannis Antonii Vice-comitis dictae Civitatis Calatiae infrascripta omnia consentientis, volentis et id fieri permittentis.

Item quod nullus homo de Calatia et Casalium eius nec advena sit ausus ponere animalia sua in possessionibus alienis clausis clausura condecenti, sed si casu dicta animalia sine custode intraverint in dictas possessiones, etiam ubi et in quibus denuo constructae sint et edificatae vineae per homines dictae Universitatis, et in quibuscunque locis sistentes in territorio et pertinentiis dictae civitatis, qualibet parte anni, teneatur ad paenam infrascriptam, non obstantibus aliis Capitulis Assisiae huic Capitulo praecedentibus, videlicet:

Pro quolibet bove seu bobus domitus, et aliis animalibus baccinis tam domitis quam indomitis, teneatur dominus dictorum ad paenam unius Augustalis, applicando Curiae Baiulorum, vel Curiae D.ni Capitanei, ubi primo reclamatus fuerit per dominos dictarum vignarum (*sic*), de hoc stetur sacramento invenientis, dummodo sit bonae famae.

Pro animalibus caprinis, ovinis, porcinis, equinis, mulibus et asinis, teneatur dominus dictorum animalium ad dictam paenam unius Augustalis ut supra.

Et de hoc teneatur dominus dictorum animalium solvere dictam paenam a primo die aprilis usque et per totum mensem octobris.

Et a primo die mensis novembris usque et per totum mensem martii, teneatur dominus dictorum animalium ad medietatem dictae paenae.

Et pro quolibet cane non deferente lanconem ad collum, tem-

pore quo uvae sunt maturae in dictis vineis vel ab octavo die mensis augusti usque et per totum mensem septembris, teneatur dominus ad paenam tareni unius.

Et si praedicta animalia aliquid aliud damnum dederint in dictis vineis, teneatur dominus dictorum animalium damnum dantium in ipsis dictis vineis ad emendam domino vineae pro quolibet animali praedicto tareni unius.

Et si dominus dictae vineae non contentaretur de dicta emenda, ponantur ibi duo laudatores, et id quod laudatum fuerit per ipsos, restituatur domino vineae pro emenda illati damni.

Item si quis masculus vel femina maior annis decem damnum dederit in dictis vineis, videlicet ad colligendum uvas, fructusque alios sistentes intra dictam vineam, teneatur ad paenam tarenorum duorum, et tantumdem teneatur domino vineae pro emenda.

Item statutum est, quod nullus pastor seu custos animalium sit ausus portare et deferre perticam seu forcinam longam a mense maii usque et per totum mensem octobris, sed tantum possit deferre et portare si voluerit baculum longitudinis palmorum sex, et qui contra fecerit, teneatur ad paenam unius Augustalis Curiae Baiulorum vel Curiae Domini Capitanei applicandam ubi primo fuerit reclamatum, et accusatoris sacramento credatur.

Cap. LXXXI. — *De legentibus spicas, et non immittendo ignem nec animalia in messem.*

Sepe homines extrema egestate praeventi varia facinora renuiti *(sic)* perpetrare noscuntur; cum itaque hic Calatiae pauperes intra alia victus studia spicas in messibus a messoribus omissas colligere solent, domini vero praedictorum aliique coloni ipsorum pietate nudi noviter eas iam repellere incipiunt, imo quod inhumanissimum est, vitam belluarum vitae hominum praeponentes, easdem malle pro eorum praecodibus *(pecudibus?)* excipere non erubescant, ut tantae igitur inhumanitati obicit.e (?) pauperum utilitati consulatur statuimus, ut eiusdem praefato modo victum quaerentes a dominis seu colonis nullatenus arceri valeant, et in terris ab eisdem, vel quocunque alio, usque

ad festivitatem Divae Magdalenae belluas in messis immittere non posse, neque comburere.

Cap. LXXXII. — *Usus prout quis solvere in gabella datii, terziariae et platearum, et de quibus debeat.*

Secundum antiquam consuetudinem civitatis Calatiae in solutionibus gabellarum, datii dictae civitatis Calatiae, et quartucci Domini Episcopi Calatiae de carnis *(sic)* in macello factis, vulgariter annotatum est.

In primis la gabella della piazza del sig. Conte tira per ciascheduna bestia vaccina grossa di quaranta rotola in su grana tre e denarii due.

Item tira per ciascheduno porco grosso grana due e denari quattro.

Item per castrato, pecora, montone e capra grano uno e denari due.

Item per ciascheduna bestia vaccina, che fusse piccola da quaranta rotola in basso, paga netta detta piazza, come fosse castrato, grano uno e due denari.

Item detta piazza, quando non è di mercato, tira per compra e vendita grana diecíotto per onza.

La gabella del quartuccio, cioè del Vescovo, tira per ciascheduna bestia vaccina ut supra, grano uno e denari quattro.

Item per ciascheduno porco ut supra, grano uno e denari quattro.

Item tira per ciascheduna bestia minuta ut supra, quattro denari.

Cap. LXXXIII. — *La gabella del dazio.*

La gabella del dazio della città di Caiazzo tira per ciascheduna bestia vaccina grossa ut supra, grana dieci.

Item per ciascuno porco grana sei.

Item per ciascuno castrato, pecora, montone, capra, vitella, e per ciascuna bestia minuta, grana due.

Item per ciascuno barile di vino venduto in taberna, grana due e denari tre.

Item tira per compra e vendita grana cinque per onza ut supra.

Item tira per peso di cantaro grana due e tre denari.

Item tira per peso minuto per decina danari due.

Item tira per misuratura per ciascuno tumolo due danari.

INDICE DE' CAPI

La diversità nella numerazione ed intitolazione de'capi tra il testo contenuto ne'due esemplari e'l comento del di Simone sono indicate in parentesi, e perciò quando nulla è notato s'intenda che vi è conformità.

CAP. I. De molendino et molendinariis. (*De molendinis*) . pag. 51

» II. De salario scaphariorum 53

» III. De trappetis et trappetariis. ivi

» IV. De faciendo ortum. (*De hortis intra civitatem*) . . 54

» V. De dantibus damnum in ortis et vineis. (*De damnis datis in hortis et vineis*) ivi

» VI. De porcis tentis ad manum. (*De prohibita porcorum detentione intra civitatem*). 55

» VII. De damnis datis in provinciis, et non inventis dantibus damna. (*De damnis datis ab animalibus, de quorum domino non constat*) 56

» VIII. De fractione, alias scassatione separum, et devastatione fossati. (*De destructione sepium et constructione foveae*). ivi

» IX. De colligentibus fructus ubicumque et de famulis. (*De legentibus fructus ex arboribus alienis*) 57

» X. De portantibus fructus 58

» XI. De rixis, bannis occupationum et coartationum viarum et terrarum, earumdemque confinium, ac destitutione possessionis. (*De rixis et levibus percussionibus, occupatione viae sive confinium praediorum*). . . . ivi

» XII. De non solvendo paenam post quindecim dies. (*Infra quod tempus querela illati damni proponi possit*) . . 60

» XIII. De ludentibus ad zaram, caseum et pilam supra sedilem. (*De ludis et lusoribus*). 61

» XIV. De blasfemantibus Deum. (*De blasphemis*) . . pag. 62

» XV. De non faciendo turpia in fontibus, aquis ac viis publicis. (*De munditie servanda in fontibus, aquis et viis publicis*). ivi

» XVI. De ponderibus et mensuris 63

» XVII. De damnis datis ab animalibus in olivetis. (*De damnis datis in olivetis*). 64

» XVIII. De damnis datis ab hominibus in arboribus alienis. (*De incisoribus arborum fructiferarum*). . . 65

» XIX. De lignis ablatis 66

» XX. De perambulantibus vias. (*De perambulantibus per praedia aliena*) ivi

» XXI. De transeuntibus cum curribus per terram. (*De transeuntib. cum currib. per aliena territoria*) . . 67

» XXII. De metentibus erbas, et aliis diversis damnis. (*De damnis datis in pascuis*) ivi

» XXIII. De damnis animalium in glandibus, pomis, castaneis, nucibus et aliis arboribus fructiferis in terra cadentibus. (*De damnis datis in glandibus*) . . . ivi

» XXIV. De paena Baiulorum. (*De paenis Bai.*) . . . 69

» XXV. De damnis datis in terris seminatis. (*De damnis datis in seminatis*) ivi

» XXVI. De corrosione arborum seu plantarum. (*De cor. arb. et aliarum plantarum*) 70

» XXVII. De damnis datis in pignonibus et aeris, ac acervis foeni, lini et canapi. (*De damnis datis in areis, acervis tritici, foeni* etc.) ivi

» XXVIII. De colligentibus legumina 71

» XXIX. De absentia animalium, et de Baiulo qui iuraret seu accusaret plura animalia quam patronus haberet. (*Quomodo sint formandae accusationes sive quaerelae pro damnis illatis*) ivi

» XXX. De non pignorando aliquem sine decreto. (*Sine Iudicum decretatione non licet procedere contra damnificantes*). ivi

» XXXI. De clericis et animalibus eorum. (*De damnis illatis ab animalibus clericorum*) 72

» XXXII. De non immittendo ignem in arbustis. (*De comburentibus arbusta sive alias arbores in territoriis alienis*). ivi

» XXXIII. De pratis 73

» XXXIV. De servientibus et Baiulis ivi

» XXXV. De ritu laboratorum ivi

» XXXVI. De non solvendo collectas forentium de fructibus terrarum eorum. (*De Collectis et Bonatenentiis*) . 75
» XXXVII. De conservatione aeris. (*De salubritate aeris*). . 76
» XXXVIII. De illis qui promittunt iuvare aliquem ad aliqua servitia facienda pro aliquo salario. (*De negligentibus praestare opera promissa*) 77
» XXXIX. De sumareriis, quod ducantur animalia per capistra. (*De ducentibus animalia onusta per civitatem*). . 78
» XL. De mulieribus in foro filantibus. 79
» XLI. De auferentibus contra voluntatem domini apparatum campi alicuius. (*De aufer. c. vol. dom. instrumenta agri alieni*). ivi
» XLII. De salario Notariorum et Iudicum causarum civilium. ivi
» XLIII. De Sindicis gabellarum civitatis Calatiae, salario eorum, et de illis qui deputati sunt ad videndum rationem eorum. (*De Sindicis, et quomodo isti se gerere debeant in administratione Universitatis*). . . 80
» XLIV. De decretando per Baiulos et Iudices acta Curiae qualibet mense. (*De obligatione Iudicum Baiulationis in expeditione causarum*) 81
» XLV. De damnis datis ab hominibus per se et cum animalibus eorum, et credulitate ipsorum. (*Quomodo credi debeat iuramentum damnum passi*). . . . ivi
» XLVI. Supra negligentia Baiulorum Vice-comes vel Capitaneus possit Baiulum et delinquentem punire. (*Quod in casu negligentiae Baiulorum possit procedere Capitaneus*). 82
» XLVII. Quod Baiuli Calatiae non possint facere fidam cum aliquibus. (*De fida*) ivi
» XLVIII. De erbaggis vendendis. (*De herbagiis vend.*) . . 83
» XLIX. Quod laborator quilibet possit aliquem denunciare contra voluntatem patroni de parte sibi contingenti. (*Quomodo colonus partiarius denunciare possit de damno*). ivi
» L. (LI.) De conservando praesentia assisia et conservari faciendo contenta in ea secundum providentiam Iudicum. (*De observantia Capitulorum municipalium*) . ivi
» LI. (L. (1)) De damna dantibus in re communi. (*De damno dato in re communi*) 84

(1) È ignoto il motivo pel quale di Simone nel suo comento fece precedere il capo 51 al 50 degli Statuti, secondo l'ordine nel quale si vedono collocati ne' due esemplari che io ho presenti.

» LII. De evellentibus arbores cuiuscumque generis et aliis insertis sive insertatis. (*De evellentibus arbores*). . 84
» LIII. De iis qui fregerint plingos in alienis domibus vel apotecis. (*De his qui fregerint tecta alienae domus*) . . ivi
» LIV. De auferentibus cementa incisa, petras, arenam et cretam evulsam. (*De subfurantibus lapides, cementa* etc. *de alieno fundo*) 85
» LV. (LV.) De Bucceriis (1) ac venditione carnis. (*De lanionibus et macellariis*) ivi
» LVI. (LV. (2)) Supra venditione carnium 87
LVII. (LVI.) De venditione piscium et casei. (*De venditoribus piscium et casei*) 88
» LVIII. (LVII.) Super tabernariis et venditoribus vini. (*De tabern. et vendit. vini*) 89
» LIX. (LVIII.) Super venditione panis. (*De pistoribus et venditione panis*). 90
» LX. (LIX.) De creando Catapanes. (*De electione Catapanorum*). ivi
» LXI. (LX.) Quod a tarenis tribus infra stetur seu stari debeat sacramento creditoris. (*Quod in causis modicis infra summam tarenorum trium stetur iuramento creditoris*). 91
» LXII. (LXI.) Quod nulli liceat facere literam Universitatis sine conscientia Iudicum et proborum virorum. (*De epistolis mittendis nomine Universitatis*). . . ivi
» LXIII. (LXII.) De eligendo homines per Universitatem ad videndum et perquirendum eius facta. (*Quomodo pertractentur negotia Universitatis*) ivi
» LXIV. (LXIII.) De damnis datis in pratis, lupinis et alils erbis pro aderbandis animalibus. (*De damnis datis in pratis et lupinis*). 93
» LXV. (LXIV.) De paenis quae debent applicari Capitaneo. (*De paenis quae applicari debent Capitaneo*). . . . 94
» LXVI. (3) De damnis datis in hortis 95
» LXVII. (LXV.) De facientibus rixas. (*De iniuriis realibus et verbalibus, et earum paenis*) ivi

(1) *Bucceriis* nel 2° esemplare, *beccariis* nel 1°.

(2) Come si vede, di Simone comentò unitamente i due capi 55 e 56, e quindi qui comincia il divario di una unità nella numerazione delle sue Osservazioni in confronto a quella de'Capi degli Statuti.

(3) Per la ragione espressa nella nota a questo capo, il di Simone lo comentò unitamente al capo V.

» LXVIII. (1) De ponderibus et mensuris 96
» LXIX. (LXVI.) Super tabernariis ivi
» LXX. (LXVII.) De silentio servando in Curia. (*De sil. serv. in Cur., ubi de temerario ausu, sive notorio*). . 97
» LXXI. (LXVIII.) De honestate servanda 98
» LXXII. (LXIX.) Quod in matrimoniis et contractationibus mulierum in civitate Calatiae vivatur iure Longobardo. (*Quod in matrimoniis et aliis contractibus mulierum servari debeat ius Longobardorum*). . . . ivi
» LXXIII. (LXX.) Super bracciariis. (*De operariis et aratoribus*). 99
» LXXIV. (LXXI.) Super possessionibus clausis. (*De pos. cla.*). 100
» LXXV. (2) De non eiciendo ossa mastra in platea maiori. . 102
» LXXVI. (LXXII.) De recatteriis. (*De recapteriis et venditoribus rerum ad annonam pertinentium*) ivi
» LXXVII. (LXXIII.) Usus civitatis Calatiae in matrimoniis antiquitus observatus talis est. (*De lucro dotis iuxta antiquam consuetudinem Calatiae*) ivi
» LXXVIII. (LXXIV.) De tertiaria vini 103
» LXXIX. (LXXV.) De personis ecclesiasticis. (*De exemptione clericorum a solutione gabellarum*) 105
» LXXX. (LXXVI.) De vineis. 107
» LXXXI. (LXXVII.) De legentibus spicas, et non immittendo ignem nec animalia in messem. (*De colligentibus spicas*) 108
» LXXXII. (3). Usus prout quis solvere in gabella datii, tertiariae et platearum, et de quibus debeat. . . . 109
» LXXXIII. La gabella del dazio ivi

(1) Nel comento al capo 16° di Simone si occupò del contenuto nel 68. Vedi nota ivi.

(2) Questo capo non ha comento nel di Simone. V. nota ivi.

(3) Di questo capo e del seguente il di Simone non si occupò nel suo comento

STATUTI
DI CERRETO SANNITA

ORA PER LA PRIMA VOLTA PUBBLICATI

CON PREFAZIONE

DI

NICCOLA ALIANELLI

Che Cerreto ebbe i suoi Statuti municipali e che colà se ne conservava un antico esemplare manoscritto seppi la prima volta dall'avvocato sig. Francesco Correra, mi fu ripetuto dall'altro avvocato sig. Nicola Ungaro: ambi aveano difeso cause che traevano origine da contratti di matrimonio ivi stipulati prima della promulgazione in Napoli del Codice civile francese, perchè si usava esprimere in tali contratti dover essere regolati dagli Statuti municipali.

Il sig. Ungaro inoltre, come nativo di quel comune, mi ottenne dalla cortesia del possessore del manoscritto, sig. Lorenzo Fraenza, che io potessi usarne per la mia collezione, restando a me affidato fino a quando fosse necessario.

Poco dopo ebbi conoscenza di altro manoscritto distinto colla denominazione di *Statuti di Cerreto*, che è conservato nella Biblioteca nazionale di Napoli.

Un semplice sguardo dato a' due mss. bastò per farmi intendere quanto differiscono tra loro così pel contenuto, come per que' requisiti i quali servono a stabilire l'autenticità delle carte antiche. Il ms. di Cerreto contiene gli Statuti antichi colle modificazioni fatte ad essi nel 1541, gli Statuti nuovi in forma di *grazie* aggiunti in quell' epoca, ed in ultimo come appendice alcune altre cose così dette *grazie* concesse dal feudatario al Casale S. Laurenziello; il ms. della Biblioteca nazionale contiene le *grazie* dell'Università di Cerreto di data posteriore al 1541. Inoltre il primo è una copia fatta da un privato per proprio uso e mancante d'ogni indicazione dell'esemplare che

avea servito di originale; il secondo invece ha firme autografe le quali ne stabiliscono l'autenticità.

Io dopo avere attentamente letto quanto si contiene nel primo, non dubitava che tutto fosse esattamente vero, ma sentiva avere il dovere di far ricerche per trovarne, se era possibile, delle prove estrinseche. Ne trovava alcune e non lievi nel ms. della Biblioteca nazionale; ne ricercai altre, e rinvenni più di quello che avessi osato sperare, cioè un altro esemplare degli Statuti secondo la forma che presero nel 1541, e questo sotto certi aspetti migliore di quello contenuto nel ms. di Cerreto.

Tollerino i lettori ch' io faccia un poco di storia: da essa verrà dimostrata l'autenticità degli Statuti che pubblico, l'ultimo periodo della storia di essi, chè gli anteriori restano ignoti, e verranno chiarite molte particolarità che si leggeranno ne' monumenti che pubblico.

I.

Il 1483, e l'importanza di questa data si vedrà appresso (1), Giovan Diomede Carrafa, Conte di Maddaloni, comprò il feudo di Cerreto e suoi Casali S. Laurenziello e Civitella (2). Era allora Cerreto edificato sopra una collina, ed in esso si distinguevano le contrade *Capo la Terra* e *Borghi* nominate negli Statuti. Distrutto dal tremuoto del 5 giugno 1688, fu riedificato alle falde della collina, e probabilmente per quella sventura ne diminuì la prosperità, perchè oggi appena vi si esercita in tenui proporzioni l'industria del lanificio, e da' monumenti che pubblico si rileva che all'epoca della lor data questa industria era prosperosa, e che oltre le diverse officine per l'esercizio della stessa, v'erano cartiere, ferriere e seghe meccaniche mosse dall'acqua.

Una grave lite pendeva nel Sacro Regio Consiglio, allora supremo tribunale dello Stato, su molti capi di domande, o co-

(1) V. negli Statuti antichi la *Tabula* o *Pannetta*.

(2) Oggi S. Laurenziello, che ha preso nome di S. Lorenzo minore, forma comune separato con propria amministrazione. Anche Civitella non è più casale di Cerreto.

24. Si quis in Curtibus Corni, Giptij, Trocchiae, S. Laurenzelli non laboraverit, cum eius animalibus in curtibus ipsis aliquo tempore ire non audeat, et si inventa fuerint et accusata, emendato dapmno, solvat Curiae pro quolibet animali equino, bovino, muligno et asinino de die grana decem et de notte tarenum unum; pro quolibet porço de notte grana quatuor et de die grana duo, et pro qualibet capra de die grana duo et de notte grana tria, et emendat dapmnum semper, et dies incipere intelligantur in aurora: pecudes vero omni tempore ire possint per Curtes ipsas nisi a principio mensis maij et per totum mensem octobris et in ipsis mensibus solvat Curiae pro qualibet ove denarios duos.

25. Laboratores vero in eisdem curtibus, ubi laboraverint, non teneantur ad paenam pro eorum animalibus domitis, nisi ad emendationem dapmni tantum, et hoc de die; de notte vero de dictis animalibus domitis a principio mensis maij usque et per totum mensem octobris solvat Curiae pro quolibet animali bovino tarenum unum et emendat dapmnum; pro animalibus bovinis non domitis, laborantes ipsi teneantur solvere, in ipsis mensibus exceptuatis, pro quolibet animali bovino, equino et asinino tarenos duos de die, de notte tarenos tres, dapmno emendato.

26. Si quis inventus fuerit cum dictis animalibus custodiendo, et accusatus fuerit, nisi laborator ipsarum curtium, si fuerit de die solvat Curiae tarenos duos, et de notte tarenos tres cum dimidio dapmno emendato.

27. Item laboratores intelligantur illi qui sunt coloni, et agricultores curtium, exclusa subtilitate officialium dicentium laboratores intelligi eo ipso qui sunt in actu et exercitio laborandi.

28. Item quod nullus audeat incidere ramos quercuum et arborum ulmorum pro fronda in curtibus Corni, Giptij et S. Laurenzelli, et qui contra fecerit solvat Curiae, parte quaerelante, tarenos duos, et dapmno existente reficiatur.

VI. *De dapmnis inlatis per homines in Curtibus seu possessionibus.*

29. Nullus homo vel mulier de terrae Cerreti et Casalis S. Laurenzelli ire audeat invito et contradicente patrono a principio mensis augusti usque et per totum mensem octobris per possessiones Corni, Giptij, S. Laurenzelli et Trocchiae, sed vijs publicis contenti alio non divertant; qui autem contra fecerint, dominis conquerentibus, paena tareni unius puniatur de die, de notte vero tarenorum duorum, et domini iuramento credatur.

30. Item si quis visus fuerit ire a principio mensis augusti per totum mensem octobris in curtibus Corni, Giptij, S. Laurenzelli et Trocchiae cum pertica longa habente in punta forcerem vel furcellam, domino curtis accusanti solvat Curiae pro vice qualibet tarenum unum.

31. Item si quis visus fuerit manu vel forcina a terra colligere uvam agrestam, domino accusante, Curiae Cerreti solvat tarenos duos dapmno emendato.

32. Item si quis dimissa strata publica vel vicinali, dum per eam libere ire posset per curtes Corni, Giptij, S. Laurenzelli et Trocchiae cum animalibus oneratis aut vacuis pertransiverit vel etiam sine animalibus publicarum viarum usu aut vicinalium non contenti, dominis accusantibus, solvat Curiae vice qualibet tarenum unum; et pro iniuria transitus solvat patrono tarenos duos.

33. Item nemo banna contra formam superscriptorum statutorum paenam in ipsis contentam a Curia micti impetret, quod si emissa fuerint, ad consonantiam et concordiam praedictorum statutorum in exigenda paena reducantur, et ita ipso iure intelligantur redapta *(sic)* domino etiam tunc accusante.

VII. *De dapmnis inlatis in horto semel in anno clauso cum emendatione dapmnorum.*

34. Item pro quolibet animali in hortis invento noctis tempore dapmnum dante horto iam clauso et pastinato patrono vel colono accusatore existente paenis infrascriptis eorum domini subiaceant, idest pro quolibet animali bovino, equino, asinino, capri-

no, porcino de notte solvat grana decem et de die ut supra, grana quinque.

Item pro quolibet animali pecurino grana duo, mittens autem voluntarie de notte solvat Curie tarenos duos, mittens autem de die solvat tarenum unum, emendato dapmno et domino accusatore existente.

35. Banna autem si quis a Curia in hortis micti impetraverit non ultra unius Augustalis penam ingerentia, domino horti inde accusante penam contentam in banna ipsa serventur in hortis iam clausis et pastinatis.

36. Item quilibet homo vel mulier quocumque tempore caules, cepas aut alia olera de ortis furto subtraxerit, sive alio quocumque loco pastinata, domino accusatore existente si de nocte solvat Curiae tarenos duos, et die tarenum unum, nisi banni existentis pena ut supra fuerit accusata, quo casu servetur, et semper dapmnum emendetur.

37. Item studeat unusquisque habens hortum suum vel conductum, habere illum clausum et pastinatum caulibus ad minus centinariis duobus et aliis oleribus saltem per totum mensem aprilis, qui vero habuerit suum et praedicta non fecerit, Electis Terrae praedictae accusantibus, vel alio dapmnum pavente ad hortum suum coltivatum, solvat Curiae tarenum unum.

38. Si quis autem sepes hortorum, vinearum et possessionum satorum et clausorum, vel messium devastaverit, combusserit, aut quoquomodo ruperit, solvat Curiae tarenos duos, et emendet dapmnum existente domino accusante.

VIII. *De dapmnis inlatis in clusis cum emendatione dapmni pro medietate paenae.*

39. Animalia in clusis herbis silvaticis dapmnum inferentia reperta his penis, domino accusante, subiacebunt: pro quolibet animali bovino, equino et asinino de nocte solvat Curiae grana quinque, et de die grana duo; pro quolibet porco, capra solvat granum unum de die, et de nocte (gr. duo?); si fuerint mittentes accusati ut supra solvant Curiae (de nocte?) tarenos duos, et de die tarenum unum et pro quolibet ove denarium unum.

40. Custodientes vero dicta animalia grossa de notte, vel si

reperta fuerint cum campanis appilatis solvant Curiae etiam tarenos duos, ultra praedictam penam interpositam pro quolibet animali, et de die tarenum unum, et emendetur dapmnum pro medietate dictae paenae.

41. Si quis vel si qua mulier vastaverit combusserit, aut quoquo modo ruperit sepes clusarum, vel fractas ad capiendum animalia silvestria, solvat Curiae si fuerit accusatus tarenos duos et emendet dapmnum.

IX. *De incisione arborum fructiferarum et earum transplantatione cum emendatione dapmnorum.*

42. Arbores fructiferas nobiles, si quis inciderit aut transplantaverit, et fuerit exinde accusatus per patronum, solvat Curiae tarênos septem cum dimidio pro qualibet arbore et emendet dapmnum.

43. Si quis inciserit arbores silvestres quercuum et cerrorum simili paena tarenorum septem cum dimidiò pro qualibet arbore domino accusatore existente dapmni emendatione puniatur, exceptis locis, ubi talis incisio fiat fieri iuxta antiquum solitum: alias vero arbores silvestres fructiferas incidentes domino accusante, solvat Curiae tarenos duos, et in dictis casibus contentis in presenti capitulo iuramento domini accusatoris credatur ac si legitima probatio esset.

44. Si quis inciserit spinas, vel arbores alias in loco ubi dicitur *lo Spinito*, solvat Curiae augustale unum, et unicuique ex populo liceat accusare, nisi praesens statutum fuerit per Universitatem et Electos Cerreti noviter provisum de incidendo vel non incidendo.

Emendatio autem arborum fructiferarum fiat hoc modo videlicet: pro *cerquella piccola quanto una cossa de homo infra tareni dui, e per cerqua grossa più de una cossa carlini vinti*, et qui non posset emendare dapmnum ut supra, se redimat per carcerationem unius mensis et infra, ut patrono videbitur.

45. Sepes autem clausarum, vinearum et possessionum reficiat semel in anno de mense martij fuisse abbarratas taliter quod animalia grossa non possint ibi introjre, et semper in toto anno possit dici dapmnum illatum in vinea clusa et possessione iam clausa.

46. Si quis inciserit arbores in Monte-alto, scilicet quercus et cerros virides, excepto pro reparatione domorum et palearis a fonte Nicolai Romani dirigendo per plagias ipsius Montis-alti versus terram quondam Nicolai Villano et versus paludes Ioannis Bajule et dirigit se per viam qua itur ad Pretangiam, et dirigendo per fluvium, qui dicitur Vallantiquo usque alle Coppe vel summitate Pretarotonda et collem quondam Meuli usque ad dictum fontem, Electis instantibus, solvat Curiae pro qualibet arbore tarenum unum.

47. Si quis inciserit ligna pro calcaria in monte Lucinij a via qua inceditur ex Cerreto Cusanum et usque Titernum absque licentia Sindicorum Cerreti, solvat Curiae tarenos septem, et similem penam solvant incidentes in lo Tuono de l'Urso, accusantibus ipsis electis et sindicis.

48. Mulieribus et hominibus liceat in dictis locis demanij et in dicta defensa delle Cese et in omnibus locis demanij facere ligna sicca sine metu penae, et ligna virida Cesarum serviant ad usum balcheriarum illustrissimi domini Comitis et Universitatis Terrae Cerreti et non ad alium usum, contravenientes solvant paenam duorum augustalium quorum unum applicetur ipsi Universitati.

X. *De dapmnis inlatis in vitibus et alijs fructibus, in vineis tam per homines quam per animalia et in alijs Curtibus et possessionibus sive tenutis.*

49. Si quis furatus fuerit uvas, castaneas, nuces, pira, mela, cerasia et alia similia, et fuerit exinde accusatus per patronum seu colonum, vel per unum ex Electis, de notte solvat Curiae tarenos duos, si de die grana decem pro qualibet vice, et solvat pro dapmno eandem quantitatem domino nisi de maiori dapmno ex inspectione dapmni apparuerit, et hoc si dapmnum fuerit infra tarenos tres, sin autem ultra tarenos tres puniatur iuxta formam iuris.

50. Si quis furatus fuerit glandes sive funda aut baculo animalibus conquassaverit sive concusserit, solvat Curiae domino accusatore existente si de nocte tarenos duos, et de die tarenum unum et emendet dapmnum.

51. Quassantes vero funda, baculo, manu cum lapide vel sine lapide alias arbores fructiferas pira, mela, nuces, castaneos, solvat Curiae, domino accusatore existente duplicatam penam et emendet dapmnum pro eadem quantitate, tarenos quatuor.

Et in praedictis omnibus casibus credatur etiam juramento ipsius accusatoris usque ad summam tareni unius.

52. Si quis autem inventus fuerit cum eius porcis vel alijs animalibus prope quercus, vel alias arbores fructiferas, ubi dapmnum datum fuerit *et appareant signa dapmnum fuisse datum* per illa animalia prope locum inventa censeatur dapmnum illatum a praedictis animalibus, de quibus signis et dapmno dato stetur juramento domini accusatoris, et solvat Curiae paenam infrascriptis statutis contentam, et hoc etiam observetur in dapmnis datis inclusa, vineis, vel in segetibus (1) nisi inventus prope locum doceat ab alio dapmnum fuisse datum.

53. Si quis funda aut baculo, manu cum lapide vel sine lapide conquassaverit arbores rusticas, quas vulgus salvaticas appellat fructiferas, solvat Curiae tarenum unum domino accusante, et emendet dapmnum pro medietate dictae paenae.

54. Item si quis vel si qua inventus fuerit, vel visus tantum dapmnum dare in praedictis fructibus, teneatur etiam ad emendandum dapmnum domino in totum, etiam quod ab alio fuisset datum, nisi inventus vel visus ad dapmnum legitime probet dapmnum datum fuisse ab alio, quo casu teneatur solum pro rata dapmni facti.

55. Si quis portaverit uvas vel alios fructus sive olera non habens hortum aut vineam et arbores fructiferas, et nesciat demonstrare unde habuerit, legitime teneatur ad paenam, si de die fuerit solvat tarenum unum, et si de nocte solvat unum augustale aliquo ex populo accusatore existente, et emendet dapmnum pro medietate dictae paenae. Et si dicti fructus reperirentur in domo alicuius et non docuerit quod bono modo sine vitio furti, et rapinae, dolo et violentia, et quacumque alia malitia puniatur ut fur manifestus videlicet in quatruplum fructuum repertorum.

56. Pro quolibet animali bovino, equino, asinino et porcino,

---

(1) Nell'esemplare del grande archivio *in sequentibus*; ho preferito *segetibus* dell'esemplare lagrosso.

in vinea dapmnum dante, et clausa, atque culta a principio mensis aprilis usque et per totum mensem octobris, et fuerit accusatus per patronum, solvat Curiae de die grana decem et de nocte tarenum unum. Mittens autem dicta animalia vel custodiens de die solvat tarenum unum ultra praedictam paenam et de notte emendet damnum et solvat Curiae tarenos duos.

57. Item pro quolibet animali bovino, equino, asinino et porcino dapmnum dante in vinea clausa et culta a principio mensis novembris usque et per totum mensem martij et fuerit exinde accusatus ut supra, solvat Curiae de die grana quinque, et de nocte grana decem, et custodiens vel mittens volontarie solvat Curiae tarenos duo.

58. Item pro quolibet cane invento in vinea tempore vindemiarum a medietate mensis augusti et donec fuerit vindemiata (sine landrone vel rampino), solvat Curie si fuerit accusatus per dapmnum passum grana quinque, et emendet dapmnum vel det malefactorem (1) et stetur juramento accusatoris.

XI. *De dapmnis paludarum.*

59. Pro quolibet animali bovino, equino et asinino invento in paludibus a principio mensis martii donec fuerit messum, et fuerit accusatus per patronum vel colonum, solvat vice qualibet pro quolibet animali de die grana quatuor, et de notte grana decem, et emendet dapmnum patrono seu colono : aljis autem mensibus invenientes praedicta animalia in paludibus praedictis clausis solvat prout solvitur pro dapmnis illatis a praedictis animalibus in clusis.

Pro qualibet capra vel pecude solvat denarios duo.

60. Porci quocumque tempore intrantes in dictas paludes, si fuerint accusati per patronum solvant Curiae pro quolibet animali vice qualibet grana duo, et emendet dapmnum pro medietate patrono granum unum, et mittentes dicta animalia voluntarie, vel custodiens ultra praedictam paenam, solvant Curiae tarenum unum.

---

(1) *Malefactorem* nel ms. Iagrosso, *malestatorem* in quello dell'archivio; io credo che si tratti di dazione alla nossa del cane che ha prodotto il danno.

XII. *De dapmnis datis in messe et alijs seminatis çum emendatione dapmnorum.*

61. Pro quolibet animali bovino, equino, asinino, dapmnum dante in messe, si fuerit accusatus per patronum, solvat Curiae dominus bestiarum pro quolibet animali grana duo, et pro quolibet asino bove et bacca invento in messe a prima die mensis martij grana quatuor: mittens autem voluntarie dicta animalia de nocte solvat Curiae tarenos duo, et de die èmendato dapmno ad arbitrium boni viri, solvat Curiae tarenum unum; et pro qualibet capra et ove a principio mensis martij donec metatur solvat Curiae, si fuerit accusatus granum medium: aliis autem mensibus emendetur dapmnum et nihil solvatur pro poena, verum animalia inventa et deducta ad Curiam non dimittantur nisi emendato dapmno, vel cum voluntate domini, alias Officialis solvat in Sindicatu.

62. *Pro quolibet animali asinino, equino, mula dapnum dante in milio, lino, fabis et alijs leguminibus si fuerit inde accusatus èmendato dapmno de notte solvat Curiae grana decem, et de die grana quinque; mittens autem voluntarie ultra praedictam paenam solvat. Curiae tarenum unum* (1).

63. Pro quolibet animali bovino et aliis ut supra damnum dante in pratis, lupinis, si fuerit accusatus, de notte solvat grana quinque et de die grana quatuor, et emendet dapmnum per tantundem, et pro qualibet ove et capra emendet damnum et solvat denarios duo.

64. Item statutum est, quod dapmna illata segetibus et alijs satis exigantur, postea in primis acris usque et per totum mensem augusti et in vineis per totum mensem octobris, alias non possit peti, neque exigi nisi ad alias primas aeras et proximas vendemias nisi debitor fuerit interpellatione in mora constitutus, quo casu semper petatur.

XIII. *De dapmnis inlatis in Restucijs.*

65. Pro quolibet animali bovino, equino, asinino, porcino, invento in restucijs, gregnis, sive manipulis non adunatis in

(1) Tutto questo capitolo manca nel ms. Iagrosso.

aeram, si fuerit inde accusatus per patronum solvat Curiae grana duo, et pro qualibet capra et pecuda denarios duos, et mittens volontarie solvat Curiae ultra paenam praedictam de notte tarenum unum et de die emendato dapmno grana decem.

66. Item quilibet laborator debeat recolligere gregnas sive manipulos in area a plagijs infra et per totum quintum decimum mensis augusti, alias si fuerit sibi dapmnum datum quod non emendetur et in curtibus Corni, Giptij, Trocchiae et S. Laurenzelli per totum mensem iulij, alias ut supra.

67. Item liceat unicuique pascere cum eius animalibns vel vendere spicas in eius territorio, et illustrissimo Comiti spicas in suis possessionibus vendere liceat, ementes autem dictas spicas alibi contra domini voluntatem, non divertant, in quibus etiam in spicis Curiae liceat illis laboratoribus, qui dictas terras colunt cum eorum animalibus domitis pascere citra paenae metum, alij vero dapmnum dantes in restucijs et spicis ut supra si fuerint accusati a domino, solvant pro quolibet animali equino, bovino, asinino, mulignо grana duo de die, et de nocte duplicatam paenam, et pro quolibet porco granum medium.

68. Quicumque ignem miserit in restucijs ante mensem Augusti emendet dapmnum et solvat Curiae tarenos tres cum dimidio domino accusante, vel alio qui dapmnum pateretur (1).

XIV. *De mensuris et ponderibus.*

69. Tabernarij teneantur vendere vinum ad minutum iuxta assisam electorum, sive edilium de rebus vendendis pondere et mensura perfectorum, et teneant mediam mezullam triginta trium untiarum, quartutiam vero sedecim untijs cum dimidia, et qui contra fecerit, si fuerit accusatus vice qualibet ab Electis sive Edilibus, sive ab alio quovis de populo, solvat Curiae tarenos duos, sed de superfluo non teneatur ad paenam.

70. Item teneantur et debeant caupo et tabernarij quisque panem, vinum et carnem vendere civibus secundum assisam eis datam per ediles et Catapanos ab Universitate sive Electis deputatos.

(1) Ved. capit. di Carlo d'Angiò *De non mittendo igne in restuchiis camporum* del 1279 (27 lug. e 3 agosto.) Araneo, Mem. stor. di Melfi pag. 97.

Si quis vero tabernarius hujus statuti temerator extiterit aliquo ex Electis comparente, vel quolibet de Universitate, seu populo, solvat vice qualibet augustale unum Curiae et aliud augustale Universitati.

71. Item si quis habet mensuram seu pondus superfluum et alicuj accomodaverit ignorantem, et fuerit exinde accusatus solvat Curiae grana decem.

72. Item si quis vendiderit vinum ad minutum mediam mezullam et quartutiam teneat mensuram iustam, mezulla sit decima pars lancellae, quarum una sit propter adatium, qui contra fecerit solvat Curiae grana decem, et de superfluo non teneatur.

Media coppa olei, ex quo non solvitur adatium, sit untiarum trigintatrium.

XV. *De Officialibus.*

73. Item quod nullus civis Cerretanus nec Casalium possit exercere officium capitanatus, Assessoratus seu Magistriactatus (1) in dicta Terra et suorum Casalium, praeter quam in casu quo Universitas et Consilium cum subscriptione maioris partis et sanioris consentirent, et quod sint annuales officiales et actuarii, et pareant sindacatuj tam Officiales quam Actuarii.

XVI. *De tabernarijs et credentia facta per ipsos tabernarios.*

74. Quicumque tabernarius dixerit se accredisse vinum alicui, et ipsi tabernario fuerit negatum per debitorem credatur eidem tabernario solo cum suo sacramento usque ad grana decem, et si ultra grana decem dictus tabernarius dixerit se accredisse probet per testes ideneos.

XVII. *De tabernarijs et tabernis claudendis in die veneris sancti.*

75. Teneantur Christifideles in die Veneris sancti (*sic*) ad ecclesias pergere divina officia audituri, et propterea nullus ta-

(1) L'esemplare del gr. archivio ha *magistratus;* ma poichè qui evidentemente si parla dell'officio del *Maestro d'atti* (*Magister actorum* o *Actuarius*), ho preferito la lezione dell'esemplare lagrosso.

bernarius aperiat tabernam in die praedicto nisi post completa officia missarum, qui vero contrafecerit, solvat Curiae grana decem.

76. Item statutum est, quod nullus tabernarius aut hospes possit, nec debeat tenere tabernam aut domum apertam ad vendendum vinum in diebus dominicis aut aliis festivitatibus principalibus prohibitis et vetatis ab ecclesia de notte, nec minus tempestive vendat vinum aliquibus hominibus et personis de Terrae Cerreti vel Casalis S. Laurenzelli libere volentibus, usque quo non fuerint celebratae missae in ecclesiis, post celebrationem vero missarum audeant aperire tabernas et vendere vinum quibuscumque emere volentibus, et si contra fecerint et accusati fuerint, solvant pro qualibet vice accusatus per quemlibet tarenum unum : et illi qui fuerint inventi ante dictam horam, solvant pro quolibet Curiae grana decem : si vero fuerint advenae et extranei, et transirent et vellent emere vinum non teneantur ad paenam tabernarii et hospites.

XVIII. *De vocatis in Consilio ut compareant.*

77. Item quod quilibet qui fuerit creatus adiunctus teneatur et debeat vocatus comparere in Consilio faciendo, et qui non est de Consilio, seu adiunctus vel deputatus, non audeat absque vocatione comparere et intrare Consilium, et qui contra fecerit, solvat pro quolibet si fuerit accusatus ab Electis, seu adiunctis vel deputatis, Curiae tarenos duos.

XIX. *De adatio Universitatis Cerreti et ordine macellatorum.*

78. Adatium si quis emerit ab Universitate Cerreti cocere seu coqui faciat in terra Cerreti furnos sibi conventos, et qui contra fecerit, solvat Curiae tarenos tres : et Universitas Cerreti non teneatur eis aliquos furnos non coquentens solvere, sed solvat ipse de suo proprio, si inde ipse Adatiarius plus solverit, et quod non fiat eis extrictum pro furnis datis et non coquentibus.

79. Item si quis de furnis conductis et assignatis Adatierijs pro toto tempore, vel aliquo tempore adatij non coquerit non

computetur Adatierijs: sed si negligentia patroni furni processerit defectus, ipse imputetur patrono, et si negligentia vel culpa Adatierij imputetur ipsi; et si furnus fuerit devastatus et patronus noluerit ipsum accomodari facere de pecunia pensionis furni, expènsis domini furni accomodetur.

80. Item quod de omnibus carnibus etiam agnorum et hedium a quibusvis etiam tabernarijs solvatur adatium Universitati ; verum quod de eisdem valentibus a quinque granis infra solvatur adatium pro singulis duabus bestijs, ac si pro una, pro valentibus a quinque granis supra, solvatur integrum adatium, et qui contra fecerit et fuerit accusatus ab Adatierijs, solva Curiae tarenum unum.

81. Item quod quilibet buccerius aut alius quisque occiderit quaeque animalia, et faciens carnes in tabernis Curiae vel alterius cuiuscumque requisitus per adatierium in continenti teneatur solvere adatium pro ipsis animalibus occisis, et qui contra fecerit et fuerit accusatus per adatierium, solvat Curiae tarenos duos et ratam addatij: et similiter de vino.

82. Item quicunque buccerius aut alius quisque fraudaverit adatium in occidendis et macellandis animalibus tam de die quam de notte, si fuerit accusatus per adatierium solvat Curiae tarenos duos et statim solvat adatierijs fraudatum et restituat.

83. Item quod in omni tempore anni debeant assestari et vendi carnes arietum non castratorum pro tertia parte minus quam carnes arietum castratorum, et similiter de carnibus porcinis femininis et pecudum, qui autem contra fecerit et fuerit accusatus, solvat Curiae tarenos tres.

84. Item quod macellatores teneantur et debeant vendere carnes secundum assisiam eis datam a Catapanis omnibus emere volentibus omni pondere etiam ad mediam libram et carnibus assestatis per unum ex Catapanis alius non requiratur, et qui contra fecerit solvat Curiae tarenos duos.

85. Item quod nullus macellator vendat pondere pedes seu capita animalium, et si contra fecerit accusatus solvat Curiae tarenum unum.

86. Item quod omnes bestiae *porcinae*, *baccinae*, *pecorinae*, mortuae naturali infirmitate vendantur extra portas Cerreti sine pondere, et qui contra fecerit et fuerit accusatus per Electos sive Catapanos, solvat Curiae tarenum unum.

87. Item quod carnes (1) dirutae *(sic)*, ursinae vel lupatinae vendantur si mortuae venerint in terra Cerreti vel S. Laurenzelli extra apotecam buccerij, sed in plateis secundum assisam Catapani, dummodo quod dominus animalis juraverit ipsis Catapanis *quod mortue fuerint* morte praedicta, et qui contra fecerit *et fuerit* accusatus solvat Curiae tarenum unum; si vero dictae carnes venient vivae intus terra Cerreti vel S. Laurenzelli et Civitellae possint vendi intus apothecam et macellariam secundum assisam ejs datam per Catapanos et qui contra fecerit et fuerit accusatus a Catapanis, solvat Curiae tarenum unum.

88. Item quod nullus buzzerius et macellator proijciat intus Terram Cerreti et S. Laurenzelli viscera et interiora animalium quae occiserint, et qui contra fecerit et fuerit accusatus solvat Curiae tarenum unum.

89. Item quicunque buccerius civis vel habitator quicunque, vel caupo et tabernarij de Cerreto macellaverint carnes tam intus terra Cerreti et eius territorium et Casalia S. Laurenzelli et Civitellae, sive partem habuerit cum venditoribus, solvat de eis adatium in dicta Terra Cerreti, et similiter de vino quod portaverit, et qui contra fecerit et fuerit accusatus ab adatierijs, solvat Curiae tarenos septem cum dimidio.

90. Item macellator et buccerius quisque, qui ultra unum diem exercuerit macellum et bucceriam teneatur et debeat per totum illum annum facere carnes, et illo anno durante buccerius et macellator ipse faciat bis in hemdomada ad minus bonas carnes baccinas vel arietum malleatorum secundum temporum qualitatem *caeteris vero diebus similiter et bonas alias carnes et secundum temporum qualitatem*, quas vendant ut supra ad assisiam totius Universitatis, et qui contra fecerit solvat Curiae si fuerit accusatus ab Electis vel Catapanis vice qualibet tarenos duos cum dimidio, et nihilominus cogatur perseverare dicto anno durante ut supra.

91. Item si quis extraneus veniret in foro S. Antonij ad faciendum carnes solvat adatium Universitati nisi fuerint de Guardia Campi Clari, qui sint immunes.

92. Item venientes in foro S. Antonij ad vendendum vinum,

(1) *Omnes* nell' esemplare dell' archivio, *carnes* in quello Iagrosso.

fructus et alia quaeque nullis gabellis Universitatis per dies octo *ante, per dies octo* sequentes subiciantur, sed immunes conserventur ab omnibus gabellis et plateis.

93. Quicumque buccerius non tenuerit gavitam, seu vas aliquod, quod recipiat sanguinem bestiarum quas macello interfecerit, solvat Curiae si fuerit accusatus a Catapanis tarenos duos: si totus sanguis non introyverit vel receperit et non recolligetur in illo vase non teneatur ad penam.

94. Si quis de Cerreto vel Casalis S. Laurenzelli *vel Civitelle* aliquod animal caprinum, baccinum, porcinum et « ovinum voluerit vendere requirant buccerios Cerreti et S. Laurenzelli » et vendant illis dicta animalia praetio competenti vel ab aliis oblato, et si venditores nollent vendere dicto praetio et post modum venderent alienis alio in parvo vel magno p. octo (1) ad macellandum praeterquam hominibus Cerreti vel S. Laurenzelli pro eodem praetio, solvant Curiae, si fuerint accusati ab Electis sive Catapanis, vel ab ipsis buccerijs tarenos quatuor.

95. Item si quis buccerius emerit praedicta animalia in Cerreto vel S. Laurenzello et Civitella « et exinde vendiderit in aliis partibus, praeter quam in bucciaria Cerreti, S. Laurenzelli et Civitellae » solvat Curiae, si fuerit accusatus per Electos seu Catapanos, sive a domino animalium tarenos septem cum dimidio. Et si quis de Cerreto et Casalis S. Laurenzelli non buccerius emerit aliqua animalia non tamen mercimoniando non teneatur venditor ad paenam.

96. Item liceat et licitum sit unicuique de Cerreto et Casalis S. Laurenzelli vendere animalia sua in foro S. Crucis de mense maij et septembris et in foro S. Antonij buccerijs Cerreti et S. Laurenzelli et alijs quibuscunque sine paena, et etiam alia quaeque.

97. Item si quis exercuerit aliquo tempore macellum Cerreti uno die tantum, teneatur et debeat exercere et facere carnes vendendo per diem Nativitatis Domini Nostri Iesu Christi et per totam octavam.

98. Item in tribus diebus festivis « Pascale » Resurrectionis D.

---

(1) Così nell'esempl. dell'archivio: in quello Iagrosso *in parva vel in magna quantitate apta.*

« N. Iesu Christi » item per diem S. Antonij, et S. Laurenzelli in Casali, et si defecerit et fuerit accusatus per Electos Cerreti et S. Laurenzelli sive per Ediles seu Catapanos solvat Curiae tarenos duos.

99. Item nemo audeat Cerreti vel S. Laurenzelli tribus vel duobus diebus ultimis carnis privij (1) vendere carnes ad arbitrium, sed tantum cum assisia Edilium seu Catapanorum ab Electis deputatorum; si quis contra fecerit et fuerit accusatus ab Electis seu Catapanis, solvat Curie tarenos duos.

100. Item macellatores teneantur vendere lardum cum assisia vel pro denarijs tribus pro rotulo ultra assisiam carnis, et si quis contra fecerit solvat Curiae vice qualibet tarenos duos.

101. Item ponantur assestatores sive Catapani ad minus tres per electôs Universitatis Cerreti singulis quatuor mensibus mutandis, qui praesint carnibus et aliis rebus vendendis pondere et mensura, qui debeant ipsa animalia mortua et alia vendenda diligenter inspicere, et si contra fecerint accusati per Electos, solvant Curiae tarenos sex.

102. Item nullus assestator sive Catapanus durante officio sit macellator sive buccerius, nec socius, neque partem habeat cum macellatoribus et buccerijs, et qui contra fecerint et fuerint accusati ab Electis vel uno ex populo solvat Curiae tarenos duodecim.

103. Item macellatores teneantur vendere secundum assisiam eis datam ab ipsis Catanapis et assestatoribus, et qui contra fecerint et fuerint accusati a quovis homine Universitatis, solvant Curiae singulis vicibus tarenos duos.

104. Quicunque macellator aut alius quisque vendens carnes si unam pro alia vendiderit, et fuerit accusatus solvat Curiae tarenos tres cum dimidio.

Vendentes autem carnes porcinas femininas etiam castratas pro masculis, ut plurimum egritudines graves generant et periculis *etiam* vitae homines subiacent, statutum est quod fustigentur aut paenam untiarum quatuor Curiae persolvant, si forte ob id aliquis in aegritudinem inciderit, teneatur macellator et venditor quisque ad interesse circa curam et dietas amissas

---

(1) V. a pag. 87 nota 1.

dapmnum passum restituant, et si mors fuerit sequuta paenam unciarum «auri» decem Curiae persolvant praecedente quaerela heredum mortui.

105. Item quod nullus macellator et buccerius debeat interficere sues, aut animalia quaecunque de notte nisi de die, et qui contra fecerit et a quocumque populi fuerit accusatus solvat Curiae tarenos septem cum dimidio.

XX. *De ludo aczardi et cartarum.*

106. Si quis luserit ad azardum vel alijs ludis prohibitis Cerreti et in eius territorio pecuniam ultra grana decem, praeter quindecim diebus festivis Natalij Domini et Pascatis Resurrectionis et octo diebus festivitatis S. Antonij de mense iunij et toto mense Augusti, solvat Curiae tarenos duos, et patronus domorum ad ludendum accomodans lucrifaciendi causa et pro baraptaria solvat Curiae, iuramento accusatoris existente tarenum unum, et si fuerit tabernarius solvat Curiae vice qualibet tarenos duos.

XXI. *De citandis hominibus pro debito Curiae Cerreti et non alibi.*

107. Si quis citatus, vel vocatus fuerit per bajulum Curiae Cerreti sine scriptis, ut compareat coram domino Vice-comite non expressa causa, nec ad instantiam cuius possit comparere infra triduum, causa vero expressa statim et in continenti, vel ad minus *infra terminum* viginti quatuor horarum, nisi pro servitijs Curiae iuxta formam pragmaticae, expresso tamen quod pro servitijs Curiae, et qui contra fecerit solvat Curiae grana decem.

108. Si quis hominum terrae Cerreti fecerit citare aliquem eius debitorem, sive de quacunque causa pecuniaria, ad aliam Curiam, quam ad Curiam Officialis Cerreti, solvat Curiae tarenos tres: citati vero in scriptis vel vocati ad instantiam partium pro aliquo debito vel causa servetur stilus et mos antiquus Curiae Cerreti, et accusata prima contumacia, compareat in ultimo peremptorio post triduum, et si fuerit contumax pro

debito civili pecuniario et vocatus per bajulum in scriptis in ultimo peremptorio; solvat Curiae grana decem, et reficiat actori expensas, quibus refectis possit stare iuri cum ipsa parte.

109. Citatus vero in scriptis, si fuerit contumax in ultimo peremptorio ad instantiam partis pro debito civili et pecuniario accusatis debitis contumacijs, solvat Curiae ad rationem tareni unius pro untia contenta in mandato vel citatione, nisi citatio vel mandatum fuerit nullum, seu nulla, quo casu servetur ius Constitutionis.

110. Item citationes et mandata penalia in scriptis ad instantiam partium; vel etiam Curiae in causis civilibus non excedant paenam debiti et quantitatis petitae, et si non fuerit ex causa debiti non excedat penam quatuor untiarum, et si excesserit in eo quod excedunt sint nulla et dicta pena commissa exigetur ad rationem predictam tareni unius pro untia.

111. Obligationes penes acta Curiae pro debitis pecuniarijs vel civilibus recipiantur sine iuramento, nihilominus habeant vim robur et efficatiam ac executionem paratam, nihilque adversus illas opponi et allegari possit, ac si fuisset iuratum; qui autem contra obligationes penes acta Curiae aliquod putaverit opponere, defendat se in vinculis, et pena quoties committi contingerit exigatur ad rationem grani unius pro caroleno summae debitae et in obligatione contentae, et accusata pena obligationis praedictae non possit amplius revocari, et non gaudeat privilegio revocandi secundum formam statuti *de revocandis actionibus infra biduum.*

XXII. *De carcere et captura* (1).

112. Instrumenta iurata liquida *si presentantur* iuxta formam ritus (2) habeant executionem paratam, et volens opponere defendat se in vinculis, sed paena exigatur ad dictam rationem tareni unius pro untia, si committi contingerit.

---

(1) Questo capo ed i due seguenti nell'esemplare del grande archivio ne fanno un solo col precedente: io ho conservato la divisione dell'esemplare lagrosso.

(2) S'intende il 166 fra' *Ritus Magnae Curiae Vicariae.*

113. Itemque in dictis causis civilibus et pecuniariis praeterquam *ex causa* obligationis penes acta vel instrumenti iurati officiales neminem capi faciant per eorum famulos et servitores: sed vocent eos per bajulum, sive illos citent in scriptis, et tunc negligentes comparere «debeant» iuxta terminum ritus Magnae Curiae (Vicariae) et iuris, et contumaces effecti capientur per famulos, quibus solvantur grana duo infra terram Cerreti et Casalium, extra vero grana quinque per illum qui fuerit captus.

114. Item aliquo comparente sponte vocatus ad instantiam partis vel Curiae si contingerit illum de persona detineri et in carceribus mitti per famulos, officialis, sive causa fuerit pecuniaria, vel criminalis in casibus a iure permissis per presentia statuta, seu per iura regni nihil solvatur dictis famulis.

115. Item statutum est quod officiales non audeant procedere ex officio etiam vigore bannorum generalium, nisi in casibus permissis per huiusmodi Capitula, vel per Constitutiones, Pragmaticas et regni Capitula et ex iuris dispositione, verum precipue observentur presentia capitula.

116. Item statutum quod pro debito pecuniario et civili accusati non carcerentur in turri Cerreti, sed remaneant paenes officialem in carcere civili, sive habilitentur (1) per palatium iuxta personarum qualitatem, et si pernottaverint per unam vel plures noctes, solvant Carcerario Vicecomitis granum unum, si vero non pernottaverint nihil solvatur.

117. In causis vero criminalibus, scilicet, ubi paena corporis afflictiva mortis naturalis et civilis venerit imponenda carcerentur in turri Cerreti sive in eius fovea iuxta personarum et delittorum qualitates, et si pernottaverint per unam vel plures noctes, solvant Castellano turris grana decem, si vero non pernottaverint, solvant grana quinque.

XXIII. *De causis summariis*

118. Item ut evitentur sumptus ed dispendia litium statutum est per illustrissimum Dominum Comitem olim Cerreti, quod in causis pecuniarijs a triginta carolenis infra non litigetur,

(1) Così nell' esemplare Iagrosso, in quello dell' archivio *arrestentur*.

nec processus in scriptis fiat, sed summarie per Vice-comitem partes audiantur, ac etiam testes examinentur et annotentur acta et dicta testium nullo penitus iudiciario ordine servato.

Si quis autem *procurator* in huiusmodi causis comparuerit agendo vel defendendo *non audiatur*, sed offeratur talis qualis petitio super qua habita copia reus statim debeat litem contestare negando vel acceptando, et inde summarie procedatur annotatis tamen actis et testium dictis ut supra.

XXIV. *De claudentibus aquae cursus.*

119. Si quis clauserit aliquem cursum ex aqua, praedicta clausura damnum alicui inferatur, vel via devastetur et deformetur, si fuerit accusatus ab Electis vel domino, qui dapmnum receperit solvat Curiae tarenos duos, et ipsae aquae cursus accommodetur prout fuerit determinatum per Curiam, vel Magistrum Portulanum *Excellentis Domini Comitis.*

120. Item quilibet inferior teneatur recipere aquam *fundi* superioris et non divertere per alia loca insolita et non consueta.

XXV. *De accusantibus aliquod de publico* (1).

121. Si quis aliquid de publico vel demanio occupabit, solvat Curiae, si fuerit accusatus ab Electis sive a quovis de populo tarenos tres.

122. Si quis clauserit viam publicam solvat Curiae tarenos duos ad denuntiam Electorum, vel Iurati, vel alterius cuiuslibet de populo sive ex officio Curiae.

XXVI. *De mazzuccantibus linum intus Terram Cerreti et Casalium.*

123. Si quis vel si qua mazzuccaverit vel macellaverit linum vel canapum intus Terram Cerreti et Casalium in locis publicis ipsius Terrae et Casalium a primo mensis iunij usque et per totum mensem augusti, et fuerit accusatus per Electos sive iu-

(1) Questa rubrica è errata nel ms. Iagrosso.

ratum vel alterum cuius interest, solvere debeat Curiae vice qualibet grana decem.

XXVII. *De recalterijs*

124. Nullus de Cerreto et Casalis S. Laurenzelli emere valeat sal et oleum nisi quartum medium salis et olei coppas duas; donec dicta mercimonia steterint infra eddomadam per diem unum et in foro usque ad horam nonae permictantur per patronum vendi in ipso die ebdomadae ad minutum; transacto ipso die et dicta hora diei *et nocte* (1) in foro quilibet deinde ad libitum emere possit, et qui contra fecerit et fuerit accusatus vice qualibet solvat Curiae tarenum unum.

125. Similiter nemo « emat » *aut recaptet* pisces, fructus vel alias res ut ipsas alijs inde vendat ad minutum, sed permittatur vendere per dominos eas portantes, et qui contra fecerit et fuerit accusatus, solvat Curiae vice qualibet tarenum unum.

XXVIII. *De venientibus ad incolatum in terram Cerreti et Casalium.*

126. Quicumque venerit ad abitandum in terram Cerreti et Casalium, servetur immunis a functionibus fiscalibus quibuscunque per annos quinque, praeterquam ab adatio carnis, vini et panis, vel si emerit aliquam rem stabilem de qua solverentur collectae, quo casu transeat cum onere suo, et si voluerit discedere elapsis praedictis quinque annis cogatur solvere etiam pro illis quinque annis, quibus fuit servatus immunis dummodo habitet pro majori parte anni et domum habeat propriam.

XXIX. *De conservatione aeris.*

127. Statutum est quod nemo mittat porcos domesticos vel silvestres aut campestres intus Terram Cerreti et Casalium a

(1) Nell'esemplare del grande archivio dopo *diei* si legge *et dicta hora nocte* in foro.... mi pare che *dicta hora* sia una ripetizione delle stesse parole precedenti, e che il senso sia non esser vietata la vendita al minuto nelle ore della notte.

principio mensis maij usque et per totum mensem augusti, nisi iustam causam habuerit declarandam et approbandam per Electos, et qui contra fecerit vice qualibet, Electis accusantibus, solvat tarenos duos.

128. Si quis proiecerit sanguinem hominis vel animalis, aut cineratam, aquam de calcinario aut alias putridas sive immunditias quascumque, stercuramenta in strata publica, et animalia mortua, praeterquam aquam olei de morrilla (1), si fuerit inde accusatus per Electos vel Ediles vel per quemcunque particularem solvat Curiae vice qualibet grana decem: tempore autem pluviali possint homines dictam aquam et immunditiam, praeter stercum, proiicere ut destruantur et ducantur.

129. Si quis proiecerit cadavera animalium mortuorum *in Turgido* a molendino inferiori supra, et fuerit exinde accusatus a quocunque vel Electis, solvat vice qualibet Curiae tarenum unum.

130. Si quis laverit pannos in *Fontibus* capite foris et plateae Cerreti, qui et in planitijs turris et in fonte Turgidi prope hortum Domini, et fuerit accusatus solvat Curiae tarenum unum.

131. Si quis abeveraverit equum vel animal quodcunque in fonte planitij Cerreti et in capite foris a principio mensis aprilis et per totum mensem octobris, si fuerit accusatus ab Electis solvat vice qualibet Curiae tarenum unum , nisi secum asportaverit aliquod vas quo mediante possit extra fontem adaquare et abeverare equum vel animal.

132. Item nemo audeat lavare cojra vel pelles in aqua Turgidi nisi supra hortum Rogerij quondam Ioannis de Rainone et in balneo subtus viam, qua itur in Guardiam, et qui contrafecerit, et fuerit accusatus solvat Curiae tarenos duos.

Item statutum est quod nemo audeat visco (2), laqueo, arcu seu balista interficere alio modo columbos, quos vulgo appellamus de palombara, et qui contra fecerit solvat Curiae quando fuerit accusatus *ab accusatore* tarenum unum (3).

---

(1) *Morrilla* l'esemplare dell'archivio, *mortilla* quello Iagrosso.

(2) Malamente nell'esemplare dell'archivio *viso*.

(3) Nell' esemplare Iagrosso questo capitolo è collocato sotto la rubrica XXXIV *de venationibus*: io gli ho conservato il posto che ha nell'esemplare dell'archivio, benchè per avventura meno opportuno.

133. Item positis palis per Electos ponendis seu per Ediles in loco deputato pro funareis (1) et sterquillencis, nemo ultra palum aut alibi immunditias proiciat', et qui contra fecerit et fuerit accusatus ab ipsis Electis seu Edilibus vice qualibet solvat Curiae grana quinque, et si proiecerit infra barbacarios, solvat tarenum unum.

134. Item nemo immictat calcem aut tassum in flumine Titerni, et balneorum Turgidi et Cervilli in via Guardiae a principio mensis maij usque et per totum mensem septembris, et qui contra fecerit emendet dapmnum si fuerit secutum in animalibus et solvat Curiae *quolibet* accusante tarenos septem « cum dimidio »: officialis vero Vice-comes si ipse praedicta fecerit aut licentiam dederit solvat in sindacatu untiam unam applicandam fabricae S. Martini et emendet dapmnum.

XXX. *De accusantibus aliquos de quacumque re debita.*

135. Si quis accusaverit aliquem de quacunque re debita credatur ei cum iuramento usque ad tarenum unum, sed si postea accusatus probaverit contrarium, solvat accusator duplum Curiae pro pena, et in quibuscumque querelis sive accusationibus si accusator defecerit in probatione non puniatur nisi in expensis, damnis et interesse querelatorum seu accusatorum, nisi data evidenti et manifesta calumnia.

136. Item mulier aut filiusfamilias neminem accusent aut aliquam querelam instituant nisi cum assensu sui mundualdi, vel cum licentia patris in cuius fuerit potestate constitutus, quod si alias fiat sit ipsa accusatio vel querela nulla et Curia ad nullam penam procedat.

137. Item quod nullus accusatus semel de una re possit iterum accusari de eodem, et faciens contrarium, solvat grana decem et accusatio non valeat ipso iure.

138. Si quis voluerit aliquem accusare accuset illum infra octo dies a die commissae causae computandos propter dapmna data, transactis ipsis vero octo diebus accusare non possit, et si accusaverit solvat penam ipsei accusans, nisi faciens dapmnum promiserit dapmnum emendare et non emendaverit.

---

(1) Credo doversi leggere *fumereis* da *fumiero*, letame.

139. Item liceat et licitum sit unicuique ex hominibus Terrae Cerreti et Casalium infra biduum revocare omnes et quascumque querelas et accusationes per ipsos contra quoscunque factas, de quibuscunque delictis, dapmnis datis, aut aliis ex causis, « etiam quod » per officiales fuerit delatum iuramentum et promissum non revocare, et etiam per quaerelatum vel accusatum si fuerit lis contestata super quaerela vel accusatione citra penae metum , quo casu Curia non procedat ad penam contra quaerelatum seu accusatum nisi in casibus, in quibus ex officio ipsius Curiae procedi possit , iuxta formam capitulorum praesentium : sed ab huius statuti immunitate excludantur quaerelati et accusati pro debitis ex obligationibus penes acta Curiae vel ab aliis debitis ex instrumento iurato, vel ex quibuscumque aliis debitis iuratis.

XXXI. *De locatione operarum ad annum, mensem et diem* (1).

140. Item statutum est, si quis suas operas locaverat ad aliquod artificium per annum, vel mensem, si postea inlicentiatus *a domino* discesserit absque legitima et rationabili causa ante conventum tempus, amittat salarium preteriti temporis et pro futuro liceat domino alium conducere famulum etiam pro maiori praetio non tamen immoderato, et pro ipsius domini voluntate sumptibus dicti famuli, sic ut supra recedentis, seu pro eo maiori salario quod alteri famulo promittere oportuit , causae vero legitimae et rationabiles iudicis arbitrio declarentur, quando casus acciderit, et si talis famulus fuerit accusatus per dominum solvat Curiae tarenos tres ; idemque servetur contra dominum si dederit infra annum vel tempus conventum licentiam famulo sine causa.

141. Item statutum est , quod si quis locaverit operas suas ad vendemiandum , sive putandum , sive ad aliquod artificium pro dieta , si ibidem non accesserit , solvat Curiae , si fuerit accusatus pro pena illud praetium quod pro dieta sibi promis-

---

(1) Questo capo nell'esemplare del grande archivio fa continuazione del precedente e non ha una rubrica separata , come nell' esempl. lagrosso che qui ho seguito.

sum fuerat, et domino, cui promiserit, liceat alium hominem conducere, similiter sumptibus et expensis dicti promictentis et decipientis, cum grave sit fidem fallere.

XXXII. *De receptione pignorum.*

142. Si quis de Cerreto et Casalibus vel extraneus receperit pignus mobile ab hominibus ipsius Terrae et Casalis S. Laurenzelli et Civitellae, teneat pro triginta diebus quibus elapsis requirat dominum si voluerit pignus recolligere duobus testibus praesentibus, ultra terminum constitutum inter eos, quod si non fecerit debitis subhastationibus *praecedentibus* cum licentia Curiae vendat et plus offerenti concedat et quod plus debito vendiderit domino pignoris restituat, vel penes tertium ad ipsius instantiam deponat, sin autem minus debito vendiderit dominus pignoris reficiat, et si dictum pignus sine dolo et fraude uniusque vel alterius ex ipsis vendi non possit, appretietur per duos probos viros per Curiam eligendos et pro concurrenti quantitate debiti per Curiam ipsi creditori adiudicatur.

XXXIII. *De occidentibus animalia cum emendatione damnorum.*

143. Frangentes alveos seu cupos apium patronatus precedente querela solvant Curiae tarenos septem cum dimidio (1).

144. Si quis occiserit porcum, pecudem, crapam voluntarie solvat Curiae tarenos tres, et semper praesumatur voluntarie nisi probetur contrarium.

145. Si quis occiserit bovem, baccam, iumentum, asinum aut mulum voluntarie ut supra, solvat Curiae dapmno emendato ducatos tres accusatore existente.

146. Si quis occiserit anserem, gallinam voluntarie emendato damno solvat Curiae grana quinque.

147. Si quis occiserit canem, querela domini praecedente, solvat Curiae tarenum unum.

---

(1) Questo capitolo nell'esemplare Iagrosso con ispeciale rubrica è collocato dopo la XXV, nell'esemplare del grande archivio si trova in fine della precedente rubrica XXXII. Ho pensato il suo vero luogo esser questo.

Et omnibus praedictis casibus praesumatur voluntarie, nisi contrarium probetur; et casu fortuito praedicta committens emendet dapmnum nulla pena soluta, nisi appareat quod occisor fuerit in culpa dicta animalia occidendo, etiam ex casu *fortuito, quo casu* solvat ut supra.

148. Item statutum est, quod in casibus, in quibus venerit applicandum sive solvendum aliquid parti accusanti vel quaerelanti pro ejus interesse ex quavis causa, quod pena non exigatur ab officiali, nisi prius cum effectu realiter ipsi parti fuerit satisfactum, alias officialis ipse de suo teneatur persolvere; non obstante quod pars accusata obligaverit se in manibus officialis de parte concordanda, nisi fuerit cum praesentia et voluntate ipsius partis accusantis vel quaerelantis.

XXXIV. *De venationibus.*

149. Nemo audeat lepores laqueo vel retibus subtus Cerretum capere vel occidere nisi in montanea et Monte-alto, et a Cerreto supra, et qui contra fecerit, solvat Curiae tarenos duos: canibus autem liceat ubique et ubicunque venari et lepores interficere libere, et si laqueus fuerit factus pro capiendis subscriptis animalibus aliis et inciderit lepus non teneatur ad paenam.

150. Porcos autem silvaticos, cervos, crapios et alia animalia silvestria laqueo, retia, venabulo et canibus liceat unicuique et ubicunque capere et interficere citra paenae metum et absque licentia Curiae.

151. Item nemo audeat fasanos, pernices et starnas retia capere, quae sollatio domini Comitis sint reservata, et qui contra fecerit solvat Curiae tarenos duos.

152. Item libere liceat piscari etiam in flumine Titerni et aliis fluminibus et rivulis Cerreti et Casalium sine calce vel taxo prout supra fuit expositum.

XXXV. *De compaternitate* (1).

153. Item statutum est quod nemo audeat facere compaternitatem secum afferendo comitivam ultra sex homines et duas mulieres in baptismo faciendo, nisi fuerint ex una et eadem domo simul habitantes et ex una familia. Si quis vero comitivam ultra praedictum numerum portaverit solvat Curiae tarenos duos; et accedentes etiam grana decem pro quolibet, exceptis filiis vel fratribus primi compatris ut supra.

XXXVI. *De calcheriis.*

154. Item statutum est, quod si quis fecerit vel cosserit calcariam calcis et deinde vendere voluerit, quod patronus calcis illam vendere debeat ad mensuram tumuli neapolitani et non ad aliam mensuram, et qui contra fecerit solvat Curiae tarenos duos pro qualibet venditione ad aliam mensuram quam neapolitanam si fuerit inde accusatus ab emptoribus.

XXXVII. *De archipresbiteratu.*

155. Item statutum est quod illustrissimus Dominus Comes non possit presentare in archipresbiterum Terrae Cerreti nisi unum de canonicis dictae Terrae si fiat canonica.

XXXVIII. *De purgatione pannorum.*

156. Item statutum est quod unusquisque de Cerreto possit balcare et purgare pannos in balcherijs Cerreti factis et faciendis, et quod affictator balcatoriorum teneatur et debeat dare unum balcatorium pro dictis pannis purgandis et afficlator seu conductor *vel emptor ipsorum balcatoriorum* teneatur et debeat dare ligna sufficientia ad calefaciendam acquam pro ipsis pannis pur-

(1) Tutti i seguenti capitoli nell' esemplare Iagrosso sono distinti in diverse rubriche come qui, ma nell'esemplare del grande archivio fanno seguito alla rubrica precedente senza distinzione alcuna.

gandis et balcandis, actento quod ipse afflictator recipit carolenos tres pro singulis pecijs panni sexaginta brachiorum balcatis à domino ipsorum pannorum, et si ipse afflictator renuerit vel noluerit quod ipsi panni purgentur, *quod purgatori* liceat et licitum sit accedere et ire foras quo voluerit ad balcandum et purgandum dictos pannos.

XXXIX. *De Sindacatu.*

157. Item statutum est quod omnes officiales in fine anni et Magistratus pareant sindicatuj, eorum villicationis rationem reddant, simili modo et actuarij stent sindacatuj sintque annales.

XL. *De occurrentiis.*

158. Statutum est quod in omnibus occurrentijs, ubi utilitas concerneretur Universitatis et Casalium quod in subministrandis expensis teneantur Casalia pro tertia parte, cuius tertiae partis duas partes solvat Casale S. Laurenzelli et unam Casale Civitellae, et quod officiales teneantur ad omnem instantiam Electorum Cerreti exequi in personam sive in bonis Electorum Casalium vel Casalis favere ipsis Electis Universitatis praedictae pro dicta exigentia.

XLI. *De salario decretorum.*

159. Statutum est quod Officiales, assessores vel alii interponentes decreta et sententias diffinitivas proferentes non possint neque valeant plus neque pro medio neque pro prolatione sententiae interlocutoriae sive decreti petere nec exigere quam fuerit statutum per tabulam infrascriptam illustris domini Comitis et debeant se contentare.

XLII. *De creatione Electorum.*

160. Item statutum est, quod Electi creentur semel in anno quatuor homines saltim, et quod unus sit licteratus, et quod creentur duodecim de consilio, qui simul cum Electis habeant

concludere facta Universitatis et comoda et incomoda ipsius prout melius videbitur eis, et qui contra fecerit et noluerit acceptare officium vel noluerit comparere in jam dicto consilio, puniatur pena de qua in superioribus capitulis, videlicet pro vice qualibet tarenos duos cum dimidio.

161. Item statutum est quod creatio Electorum fiat ultima die mensis augusti et publicentur in Consilio, verum non teneantur neque debeant exercere officium nisi prius reddita ratione per Electos praedecessores de eorum gestis et administratis, et illis absolutis vel condemnatis in scriptis, tunc « Electi novi » teneantur et debeant exercere officium, et donec dicta ratio non fuerit reddita exerceant officium ipsi Electi antiqui et omne periculum et detrimentum quod evenerit in rebus Universitatis sit eorum *rationem* reddentium; Electi vero Casalis S. Laurenzelli creentur in festo S. Laurentij decima die mensis Augusti, in Civitella vero in die S. Bartolomaei, et in omnibus Electis Cerreti et Casalium praedictorum similis sit observantia, periculum et paena.

III.

Tabula actorum (1)

Ioannes Thomas Carrafa de Neapoli Magdalonique Comes etc. Universis et singulis praesentis edicti seriem inspecturis tam praesentibus quam futuris significamus quemadmodum subditorum nostrorum crebras voces quaerulas quoad possumus et debeamus exaudire cupientes, quod de inlicitis extorsionibus,

(1) Così nell' esemplare Iagrosso, in quello dell' archivio *Tabula seu Pannetta*.

quae pro iustitiae cultu in nostris Curijs fieri consueverunt, quotidie iidem quaeruntur, infrascriptas proinde ordinationes, ritus et observantias digesto consilio promulgari mandavimus, ipsasque presenti inrefragabili edicto a cunctis nostris officialibus subditisque inviolabiliter observari mandamus, volumus atque decernimus.

1. In primis pro qualibet citatione civili seu mandato continente clausulam iustificatam solvantur Magistro actorum grana duo tantum.

2. Item pro qualibet accusatione contumaciae in civilibus causis solvatur torniensis unus secundum antiquam observantiam M. C. V., etiam si plures una citatione ex eadem causa contineantur, quo casu solvatur granum unum tantum et non ultra.

Item pro qualibet interpositione primi decreti in causis civilibus solvatur granum unum etc. (*sic*)

3. Item in causis ordinariis pro quolibet actu iudiciario faciendo solvatur torniensis unus excepto quod pro iuramento calumniae nihil solvatur.

4. Item pro qualibet sententia diffinitiva seu interlocutoria habente vim diffinitivae in scriptis proferenda in civilibus solvantur Magistro actorum grana quatuor, videlicet duo ab appellante et reliqua duo a laudante dictam sententiam ; Capitaneo vero, seu officiali proferenti dictam sententiam, ubi solitum est ante ipsius sententiae prolationem solvant grana decem, quinque *videlicet pro quolibet, scilicet* actore et reo; in criminalibus autem nihil solvatur.

5. Item pro qualibet sententia interlocutoria nihil Magistro actorum solvatur, sed Capitaneo seu officiali, ubi solitum est solvi *solvantur* grana duo cum dimidio.

6. Item pro quolibet decreto interponendo super alienatione rerum ad instantiam partium, seu alterius earum si pro quantitate infra duas untias solvantur grana decem, quatuor videlicet Magistro actorum et sex Capitaneo seu officiali interponenti dictum decretum, pro quantitate vero ultra dictas untias duas solvantur grana duodecim, videlicet quinque magistro actorum, septem vero dicto Capitaneo seu officiali *ut supra.*

7. Item pro qualibet obligatione penes acta fienda solvantur Magistro actorum pro quantitate infra duas untias granum unum, ultra vero dictas uncias duas solvantur grana duo.

8. Item Capitaneus seu officialis teneatur et debeat exequi obligationes penes acta absque aliquo alio processu et vocatione partis, videlicet dumtaxat facta accusatione per eum vel *eos in cujus* vel quorum favore dictae obligationes fuerint iuxta ritum et observantiam Magnae Curiae Vicariae, et Capitulorum nihil pro dicta accusatione solvatur actorum Magistro.

9. Item pro literis exequutorialibus fiendis pro quantitatibus ultra duas untias solvatur pro qualibet vice Magistro actorum grana quinque, et pro sigillo grana septem ab eo vel ab eis ad quorum instantiam dictae licterae expediuntur: sed in dictis literis annotentur, et de omnibus fiat exequutio contra debitorem: infra vero dictas untias duas non expediantur dictae literae exequutoriales, sed exequutio committatur voce et nihil solvatur.

10. Item pro dictis exequutionibus fiendis tam infra dictam summam quam ultra exequtori seu exqutoribus solvatur granum unum pro quolibet pignore intus Terram, extra vero solvantur grana duo.

11. Itemque pro *pignore seu* pignoribus recipiendis a famulis Curiae pro fiscalibus solutionibus et collectis nihil solvatur, sed stetur arbitrio collectorum seu subcollectoriorum, si quod solvere voluerit seu voluerint.

12. Item pro qualibet presentatione scripturarum *petitionis libelli*, seu fideiussionis, cautionis, procurationis penes acta, solvatur grana duo.

13. « Item pro scriptura cuiuslibet compromissi fiendi, seu fideiussionis, cautionis, procurationis penes acta solvatur grana duo. »

14. Item quod in causis infra ducatos quinque non procedatur ordinarie sed summarie, et eo casu scribatur petitorium pro simplici petitione et postea desuper sic summarie procedatur, et pro scriptura dicti petitorij solvatur grana duo et nihil aliud solvatur pro dictis actis.

15. Item pro praesentatione articulorum seu exceptionum, solvatur grana duo.

16. Item pro singulo teste examinando in scriptis super articulis seu exceptionibus usque ad numerum senarium grana duo, usque ad denarium grana tria, ultra vero grana quinque

pro quolibet teste: pro testibus vero sine scripturis examinandis nihil solvatur.

17. Item pro copiis processuum aliarumque scripturarum recipiendarum ex actis Curiae solvatur tarenus unus, videlicet pro singulis quindecim cartis, et qualibet facie dictarum chartarum continentium virgulos viginti quinque, et quilibet virgulus decem contineat partes iusta ritum et observantiam Magnae Curiae Vicariae.

18. Item super praesentationibus instrumentorum procedatur servata forma rituum et observantiarum Magnae Curiae Vicariae et non aliter etc. *(sic)*

19. Item pro accessu Capitaneorum seu officialium ad videndum oculata fide differentias in loco, ubi res est oculis subiecta, si infra Terram vel Castrum, singulis vicibus dictis Capitaneis seu officialibus solvatur grana decem, si extra infra unum miliare quindecim grana, ultra vero solvatur tarenus unus; in locis vero ubi consuevit nihil solvi, nihil solvatur, sed stetur consuetudini.

20. Item quod nemo dictorum Capitaneorum, officialium ac Magistrorum actorum audeat neque debeat donativa aliqua recipere ab aliquo litigantium in eorum Curijs, donec litigaverint, et si secus factum fuerit, dicti officiales et Magistri actorum ipso iure *eorum officiis privati* censeatur vel censeantur, litigatores vero seu litigator a iure si quod habent, cadant *seu cadat;* ab alijs autem recipiant exculenta et poculenta consumenda per diem et non aliter.

21. Item quod dicti Capitanei et officiales teneantur singulis annis stare in sindacatu, et aliter non recedere, et sindacationi ipsorum intersint duo Sindici eligendi per Universitatem et homines Terrarum Castrorum et locorum ubi eorum officia exercuerint, servata tamen forma Capitulorum et Constitutionum regni, et sic similiter Magistri actorum.

22. Item quod dicti Capitanei, officiales et Magistri actorum teneantur Curiam regere cunctis petentibus justitiam ministrando diebus, locis solitis et consuetis per se ipsos et non ab eis substituendos.

23. Item quod dicti Capitanei, officiales et Magistri actorum minime audeant neque debeant durante tempore eorum officio-

rum seu officii recedere, neque aliquos substituere nisi in casu iusti impedimenti cum expressa tamen licentia.

24. Item quod dicti Capitanei, Officiales et Magistri actorum minime audeant neque possint aliquod petere ab eorum subditis, neque eis aliquid iniungere vel mandare pro eorum servitijs, sed sint et esse debeant contenti eorum provisionibus et salarijs ab eodem domino Comite deputandis et statuendis.

25. Item quod dicti Capitanei, Officiales et Magistri actorum qui pro tempore fuerint, studeant cum onni solertia quod singulis vicibus, quando per eos Curia regitur, intersit Erarius, et in ipsius defectu Camerarius, *Sindicus*, vel unus ex Electis Terrae, Castri vel loci, ubi dicta Curia regitur, seu deputandus ab eisdem.

26. Item quod dicti Capitanei et Officiales a quolibet carcerando, si non pernoctaverit, nihil exigant et exigi permictant, si vero pernoctaverit per unam noctem granum unum, ultra vero noctem unam grana duo et non ultra exigant, neque exigi permictant sub paena dicti domini Comitis arbitrio reservata.

27. Item quod dicti Capitanei et Officiales in eorum ingressu teneantur servanda servare, et praesertim circa bannorum solitorum missionem, eaque observent et observari faciant et mandent.

28. Item quod dicti Capitanei et Officiales pro verbis mere iniuriosis minime ex officio procedant, sed eo casu servent capitula Terrae Cerreti seu Castri in quo acciderint praedicta.

29. Item quod in causis ubi proceditur per viam accusationis et paena venit principaliter applicanda Curiae pro quolibet teste in scriptis examinando solvatur granum unum, ubi consueverit nihil solvi, nihil solvatur, et similiter quando proceditur ex mero officio vel ad denunciam seu quaerelam in casibus a iure permissis nihil solvatur.

30. Item quod dicti Capitanei et Officiales teneantur et debeant pro excubiis et custodia nocturnis, saltim bis quolibet mense noctis tempore horis debitis et consuetis cum eorum familia circuire et accedere per Terras *Castra et loca* eorum iurisdictionis subiecta, ita tamen quod cum eo intersit et interesse debeat Erarius, seu in eius defectu Sindicus vel unus ex Electis locorum praedictorum ab eo vel ab eis deputandus eque et idoneus.

31. Idem quod dicti Capitanei et officiales modis omnibus et cum solertia procurent quod eorum familij minime societatem aliquam cum civibus et subditis eorum iurisdictionis contrahant, et maxime pro dictis excubiis et vigilia nocturnis, excepto tamen quotiens et quando eisdem Capitaneis *et Officialibus* expediens visum fuerit et opportunum.

32. Item quod dicti Capitanei ed Officiales teneantur et debeant singulo mense notificare Domino Comiti seu alteri ad id potestatem habenti ejusdem nomine carceratos cum causis pro quibus detinentur in carceribus.

33. Item Capitanei et Officiales minime audeant neque debeant procedere ad aliquam compositionem pro quavis causa etiam minima sine interventu Erariorum seu Camerariorum in defectu eorundem Erariorum; quinimmo omnes et quaecunque compositiones fiant et fieri debeant cum interventu ut supra, et si secus fiat ipsi Capitanei et Officiales ipso iure eorum officijs atque salarijs privati censeantur, dictaeque compositiones nullae reputentur.

34. Item quod dicti Erarij seu Camerarij, ut supra requisiti, si noluerint intervenire in compositionibus faciendis, vel alias neglesserint, ipso facto paenam quatuor untiarum incurrant comodis Curiae singulis vicibus applicandam.

35. Item quod dicti Capitanei et Officiales caveant ne pro compositionibus fiendis aliquod recipiant, *sed compositiones omnes fiendae et ipsarum quecumque pecuniarum quantitates perveniant et* pervenire debeant in manibus et posse dictorum Erariorum ed in defectu ipsorum dictorum Camerariorum, et si secus factum fuerit dicti Capitanei dictis eorum officijs atque salarijs privati censeantur.

36. Item caveant et de cetero componendi ne quid solvant pro compositionibus *fiendis* in manibus et posse dictorum Capitaneorum *seu officialium*, sed in *manibus et* posse dictorum Erariorum, *qui pro temporibus fuerint, et in eorum defectu dictorum Camerariorum*, alias solutum non reputetur neque audiatur, sed comodis dictae Curiae applicetur.

37. Item quod dicti Erarii seu Camerarii ut supra, studeant cum omni solertia et diligentia quod dicta omnia et infrascripta capitula, provisiones, ritus et observantiae observentur et ob-

servari debeant ad unguem et quando per eos comperitum fuerit dictos Capitaneos et officiales a praedictis deviare, et eos praedicta ad unguem *non observare*, teneantur et debeant statim dicto domino Comiti denuntiare, alias ipso facto incurrant et incurrisse censeantur singulis vicibus in paenam untiarum quatuor comodis dictae Curiae applicandarum.

38. Item quod de omnibus et quibuscunque querelis denuntiis et accusationibus fiant et fieri debeant tres quinterni seu libri clari, lucidi et aperti, unum videlicet conficere teneantur et debeant dicti Capitanei seu officiales, alium Magistri actorum, tertium vero dicti Erarii *et in eorum defectu praefati Camerarii*, qui omnes teneantur et debeant fideliter annotare dictas quaerelas, denuncias et accusationes cum nominibus et cognominibus quaerelantium, denunciantium et accusantium et eorum qui fuerint accusati, denunciati et querelati cum annotationibus dierum, atque causarum, et subscriptionibus omnium eorundem dictorum libros conficientium.

39. Item similiter de omnibus et quibuscunque compositionibus fiendis et penis exigendis similiter fiant et fieri debeant tres quinterni seu libri eo modo prout supra in proximo superiori capitulo continetur et expressum est.

40. Item quod in fine cuiuslibet anni vel ante si expediens visum fuerit domino Comiti, dicti Capitanei, Officiales, Magistri actorum, Erarii, et Camerarii ut supra teneantur et debeant de contentis in proximis superioribus capitulis ponere calculum et rationem bene, fideliter et legaliter in manibus et posse dicti Domini Comitis seu ab eo deputandi et reliqua restituere prout ad unumquemque ipsorum spectat et pertinet.

41. Item quod dicti Capitanei et Officiales teneantur et debeant ecclesiarum causas, pupillorum, viduarum atque miserabilium personarum summarie audire et in hijs serventur et servari debeant iura comunia regni Constitutiones, Capitula, ritus et observantiae Magnae Curiae Vicariae.

42. Item quod dicti Capitanei et Officiales studeant modis omnibus omnes et quascunque causas maxime conclusas decidere et determinare infra tempora a iure regnique Constitutionibus, Capitulis, ritibus et observantiis dictae M. C. V. aliisque huius regni provisionibus statuta.

43. Item quod dicti Capitanei *et Officiales similiter* teneantur et debeant audire quaerelas et gravamina forte inferenda per baiulos dictorum Castrorum, Terrarum atque locorum eorum iurisdictionis, ipsosque querelantes et gravantes relevare ab iniustis gravaminibus, et taliter providere ut ne quid iniuriae fiat fierique patiatur, *ubi sit solitum ista fieri.*

44. Item quod baiuli Castrorum, Terrarum et locorum praedictorum qui pro tempore fuerint et pro singulo citando tam oretenus quam in scriptis, recipiant pro causa dictae citationis granum medium et non ultra usque ad quaternarium numerum, et ultra vero recipiant a singulis duobus citatis una citatione granum medium et non ultra, et si citati ipsi voluerint copiam citationis «recipere» nihil eisdem baiulis solvatur, et praedicta locum habeant, ubi pro ipsis citationibus solvi consuevit, ubi vero non consuevit solvi nihil solvatur, sed consuetudo Castrorum, Terrarum et locorum praedictorum servetur *et servari debeat.*

45. Item quod dicti baiuli similiter pro singulis testibus citandis recipiant et observent contenta in praemisso praecedenti capitulo eo modo et forma *prout in eo continetur et est expressum*, et non aliter nec alio modo.

46. Item caveant omnes et singuli subditi eiusdem domini Comitis tenentes bona feudalia et reddititia, ne ad aliquem actum alienationis dictorum bonorum procedant ubi superioris in huiusmodi alienationibus consensus requiritur, nisi prius facta notitia dicto domino Comiti seu Erarijs, qui pro temporibus fuerint, in defectu ipsorum dictis Camerarijs de alienatione seu alienationibus fiendis et qualibet ipsarum cum *nominibus et* cognominibus alienantium et eorum quibus alienatur, et desuper assensu impetrato et facta solutione, prout iuris fuerit et hactenus consuevit, ut saltim praedic a fiant infra annum alias dictae alienationes censeantur revocatae, et dicti alienantes et illi quibus alienatur, ipso iure in paenis a iure statutis incurrisse censeantur.

47. Item dicti Erarij et in eorum defectu Camerarij praedicti omni qua convenit diligentia procurent notitiam habere de praedictis alienationibus fiendis, prout in proximo praecedenti capitulo continetur et est expressum, et de transgressoribus

eisdem, et dicta notitia habita statim et in continenti dicto domino Comiti, seu alteri ab eodem deputando denuntient et denunciare debeant servata dicti capituli forma.

48. Item quod dicti Capitanei, Officiales, Magistri actorum, Erarij, Camerarij in defectu ut supra, et baiuli praedicti teneantur et debeant in principio cuiuslibet ipsorum officiorum praestare iuramentum seu iuramenta sollemnia se observaturos prout ad unumquemque ipsorum spectat et pertinet supradicta omnia capitula iuxta ipsorum continentiam atque tenorem sub paenis in eis contentis et declaratis et aliis dicti domini Comitis arbitrio reservatis.

Dicta Capitula et ordinationes expedita fuerunt Magdaloni die duodecimo octobris 1493.

Die primo mensis novembris XII indictionis 1493. Li presenti capitoli seu costitutioni sono state consignate e promulgate per me Iacobozo Mirlando de Napoli Commissario sopra di ciò deputato per lo eccellentissimo sig. Conte preditto al Capitanio, Sindici et Università de Cerrito, et facta collatione cum originali concordat.

1. (1) Si quis in carcerem associatur cum famulis Curiae, ubi opus esset associari, si pro causa civili solvatur intus Terram Cerreti, si possidet granum unum; et si suspectus de fuga et non possidet, ut caute associetur grana duo. *Si vero pro causa criminali solvatur in Terra Cerreti grana quatuor.*

2. Si vero capiatur quis extra Terram Cerreti et per Casalia et districtum pro quolibet captivo grana decem.

3. Pro accessu actuarii extra bancam, si per Terram Cerreti duplicatam mercedem quam simplicem haberet in banca. Si vero extra terram per districtum et Casalia solvatur ultra acta ad instantiam partium grana quindecim.

4. Si vero extra territorium infra dietam, que casu non commictitur audientia testium, solvatur actuario, ultra actitata

(1) In nessuno de' due esemplari, che ho presenti, si legge in questo luogo alcuna rubrica, nè è spiegato quando e da chi furono fatti i capitoli che seguono fino all'approvazione del Vicerè. La numerazione è aggiunta da me.

tareni duo, pro remissione civili solvatur actuario grana duo. Pro remissione in criminalibus *solvatur actuario* grana duo cum dimidio.

5. Pro litteris ad instantiam partium transmittendis actuario pro sigillo ponendo solvatur vice Comiti *et actuario* grana quinque.

6. *De stilu Curiae pagina* .... (1) *communiter per Actuarium et Erarium Curiae.*

7. *De stilu et usu Curiae est quod in cassaturis, perquisitionibus, copijs, auctenticationibus cum signo Notarij, Vice-Comes non habet partem, sed omnia praedicta sint Actuarij. Caetera omnia alia communiter dividuntur inter Actuarium et Vice-Comitem non obstante quavis alia pragmatica in contrarium dictante.*

8. *Quia Actuarius pro cassatura et copijs ubi extant iuramenta habet illud idem quod si debetur pro scriptura principali.*

9. *Et pro perquirenda aliqua obligatione et alijs actitatis, si de eodem et* (sic) *anno per eumdemet Magistrum actorum factum nihil solvatur, si vero ultra annum et in fasciculis solvatur salarium, quod tenetur solvere quando scriberetur illa scriptura, reservatis processibus insimul cohadunatis solvatur pro singulis processibus inveniendis.*

10. Baiulis sive famulis Curiae accedentibus pro custodia territorij Cerreti (2) nihil solvatur, sed tantum ea quae in capitulis pro paena continetur.

11. Item quod Officiales omnes, Capitanei, actuarii, Camerarii, Erarii, baiuli et Castellani debeant in ingressu eorum officiorum iurare, servare statuta, capitula, pragmaticas, tabulam, usus et consuetudines Cerreti.

12. Item in casibus, in quibus non est provisum per capitula *et statuta Terrae* Cerreti, possit ad instantias partium et Curiae coadiutoris procedi per bannum non excedendo tamen paenam ultra augustala in ipsis bannis.

---

(1) Nell'esemplare del gr. archivio, dal quale ho tratto questo ed i seguenti capitoli in carattere corsivo (ved. pag. 139 not. 2), la parola dopo *pagina* non è intelligibile perchè stranamente abbreviata.

(2) Così nell'es. Iagrosso, in quello dell'archivio *Corni*. V. sup. pagina 145, 29.

De sbarrando (1).

13. Se ordina che nullo presuma abarrare nè chiudere territorij in lo tenimento del territorio de Cerrito e quello tenere in defensa si no li soliti da trent' anni in direto e fando lo contrario statim incurrant in paenam tarenorum decem et che subito debiano sbarrare lo novo abarrato et non solito, e questo che alcuni comprano territorij inculti ad quisto effetto et li animali non hanno poi dove pasculare excepto se se sementasse, nè meno possono defendere le restoppie, poichè se metute e levate le gregne, nè tenere abbarrate purchè non siano solite tenernose abbarrate e che siano state chiuse vecchie.

14. Se ordina che le bestie sò trovate a dampnificare, et portate in Corte overo le llasse innante Corte o attaccate al tumulo *(sic)* non s'intendano accusate finchè non so denuntiate in Corte et scripte al quinterno de le accuse.

15. Se ordina che sempre che entra lo Vececonte et assessore in officio in la Terra de Cerrito li eletti li debbiano domandare et farsi dare con effetto ante ingressum la pregiaria, et mancando per loro teneantur ipsi electi ad interesse.

16. Se ordina che li Eletti non possano liberare ne absolvere l'officiali in fine officij anche che habiano donato cuncto de lloro administratione senza generale consiglio de tutto lo populo.

17. Se ordina che l' Eletti non possano donare, obligare, nè impignare entrate nè patrimonio de la Università senza generale conseglio di tutto lo popolo,

18. Se ordina che ogn' anno se debiano mutare tanto Viceconte come assessore e Mastrod'atti e che siano tutti forastieri e non citadini.

19. Se ordina che li Eletti pro tempore siano tenuti satisfare e pagare per lo anno lloro tutti debiti da la Università, tanto ordinarij coma estraordinarij imprunti, et novi pagamenti imposti et fatti, per servitio de la Università, ita quod la Università resta senza debito, e che non possono deponere lo officio se primo

(1) Questa rubrica si ha soltanto nell'esem. lagrosso: in quello dell'archivio i seguenti capitoli sono in continuazione de' precedenti.

non satisfanno li predetti debiti, e rendono cunto delloro amministrazione a li contisti si eliggeranno per li novi eletti, et se se trovaranno creditori siano pagati, come trovandosi debitori siano astretti ad satisfare e pagare lo che devono.

20. Se ordina che li Eletti tempore sui officij debbiano observare e fare observare tutti li sopradetti capitoli et quanto in essi se contene, et casu quo mancassero non li possa essere admessa excusatione alcuna, immo incurrant pro qualibet vice che controveneranno in pena de onze quattro, la mità se applica a la Corte e l'altra mità per beneficio de la Terra, e che la Corte nce possa non sulo procedere ex officio, ma ad ogni semplice querela de ciascheduna particulare persona publica o secreta quia sic etc.

De instruendis seu reparandis muris Cerreti et vijs publicis (1).

21. Item se ordina che l'Eletti di ditta Terra quali saranno pro temporibus siano tenuti possano e debbiano ogne anno al tempo de lloro officio fare sei canne de selecata in le strate di ditta Terra e territorio suo, o vero tre canne de muro in le mura de la Terra tanto per nova edificazione e construzzione, quanto per reparatione de ditte mura et strate et altri edificij publici, che bisognassero in ditta Terra sumptibus de la ditta Università, e non facendolo al tempo de lloro officio siano tenuti farlo proprijs sumptibus, al che il Viceconte, che sarà pro tempore sia tenuto astringerli ad istanza de li Eletti che succedono et etiam ex proprio officio, et non facendolo ipse de suo teneatur.

Visis dictis capitulis fuit provisum quod fiat « assensus » in forma, verum si contingerit dictam Terram Cerreti et dicta Casalia S. Laurenzelli et Civitelle applicari (2) regiae Curiae pro quavis causa presens assensus habeatur pro non prestito, et quoad

(1) Questa rubrica si trova in ambi gli esemplarl de'quali fo uso.

(2) *Applicari* nell'es. lagrosso, e mi pare meglio che *reperiri* dell'es. dell'archivio.

capitula predicta penalia mutantia penas iuris comunis Constitutionum, vel Capitulorum aut Pragmaticarum regni serventur quando erit iudicandum per ipsum spectabilem Comitem vel eius baiulos aut officiales, verum quando casu aliquo esset judicandum per regios officiales in causa principali, et non in causa appellationum, revisionis, seu recursus a sententijs per dictos officiales inferiores latis, officiales ipsi non teneantur servare dicta presentia capitula, sed servare debeant dispositionem iuris comunis, Constitutionum, Capitularum et Pragmaticarum Regni.

Vidit de Cotte R. — V.t C. Loffredus R. — V.t Martialis R.

Provisum per Illustrissimum Dominum Viceregem et Locumtenentem Generalem in Castro Novo Neapoli die XI Iulij MDXXXXI Iacobus Antonius Gattola.

IV.

Consuetudines, observantiae, et usus comuni consensu populi in Terra Cerreti observatae antiquitus, et observandae et in scriptis redactae, ut probatione non egeant, et ad maiorem cautelam in consensu, voluntate etiam et authoritatis (sic) excellentissimi Ioannis Diomedis Carrafe tertij Magdaloni Cerretique Comitis, et suo assensu firmate (1).

I. *De creatione electorum et hominum de conterrae (sic) Cerreti ac de eorumdem potestate.*

1. Electi pro regimine Universitatis Cerreti singulis annis creandi sunt quatuor, et eligantur in pleno concilio per homines de

(1) Questa intitolazione si ha nel solo es. dell' archivio. La numerazione delle rubriche e de' capitoli è posta da me per le citazioni che occorreranno.

Concilio et electos predecessores, et creati cogantur per Vicecomitem dictum officium et administrationem exercere, ac iurare legaliter et fideliter se gerere et administrare, et si quis ex electis praedictorum aliquod denegaverit pro denegatione solvat Curiae carolenos septem, et nihilominus administrare cogatur et eligantur ut in capitulis universitatis. *Placet.*

2. Homines de Concilio dictae Universitatis ultra quatuor praedictorum sint duodecim de dignioribus et principalioribus civibus, qui nominentur et sint de concilio ad quod ut simul conveniant, vocentur quotiens opus fuerit congregari pro servitio, utilitate et negotijs quibuscunque universitati occurrentibus, etiam quando opus fuerit concilio universali, qui numero sexdecim computatis electis universalia deliberent, ac deliberata executioni demandentur, nisi per eosdem sit etiam in pleno concilio fuerint revocata; ex tribus singulis annis mutentur sex de concilio et alij sex remancant, ut semper in concilio sint et remaneant sex informati negotiorum praecedentis anni, eorumdemque sex mutatio et electio fiat per quatuor et electos et homines de concilio, ita tamen quod nullus de concilio sit in eo plusque per biennium, fiatque dictorum electorum et hominum de concilio electio et mutatio in ultima die augusti, ut in capitulis per electos et homines de Concilio, qui tunc reperiuntur attendaturque in hijs quod maior pars fecerit, et si voces sint equales seu vota, illud *acte datur* (1), cui Sindicus seu Erarius Universitatis votum suum applicuerit, et concilium non intelligatur validum nisi intersint saltim duo ex quatuor electis et due partes hominum de concilio, et in concilio nullus vocem habeat nec in conventus loco ingrediatur nisi de illis sit, vel Universitatis Sindicus vel Advocatus. *Placet.*

3. Ordinationes et deliberationes praedictorum quatuor electorum et hominum de concilio modo praedicto facte vim, robur et efficaciam habeant, ac si a toto populo vel majori et saniori parte essent factae. *Placet.*

4. Si quando res tanti momenti occurrerit quae videatur praedictis de concilio et electis vel parti ipsorum ut supra vocare concilium universale totius populi et totum populum (quod

(1) Ms. Iagrosso *attendatur*, e questo preferisco.

difficile esset) congregare, tunc vocentur ultra dictos sexdecim alij quatuordecim de melioribus, principalioribus ac dignioribus dictae Terrae et tanto plures, quanti deerunt de concilio sexdecim; ita quod semper sint triginta homines computatis duobus electis et duobus partibus concilii, adminus, vocenturque per baiulum vel alium in scriptis de commissione electorum per quos vel maiorem partem quaecunque fuerint determinata habeantur ac si a toto populo essent facta et exequantur. *Placet.*

5. Vocati ad concilium ex ordinatione electorum ut supra compareant pulsata campana S. Angeli primo ad estensum deinde per quinquaginta ictus, quibus finitis si non comparuerit, solvat vice qualibet tarenum unum, cuius medietas sit Curiae, alia Sindici vel Electi Universitatis id Curiae denunciantis, nisi non comparens fuerit absens a Terra Cerreti saltim tanto spatio quo campana praedicta audiri non possit vel alia causa impeditus, quae iusta sit, si a majori parte quatuor electorum, pro iusta comprobatur, citati vero personaliter non infirmi non excusentur si non compareant. *Placet.*

6. Concilium in ecclesia S. Angeli conveniat cum interventu Domini Vicecomitis vel Locumtenentis vel saltim cum licentia ipsius quesita licet non obtempta in casibus a iure permissis concilium facere sine officialis praesentia, et fiat concilium ianuis clausis, per eas deliberentur quae meliora videbuntur, ianuis apertis non liceat concilium fieri nec deliberare, et deliberata non teneant, et singuli de concilio et Electis, qui in eo intervenerint pena tareni unius multentur, medietas cuius Curiae, alia Sindico vel Electo denuncianti applicetur. *Placet.*

7. Nemo qui de numero decurionum et Electorum non fuerit audeat tempore quo sit concilium in loco conventus intrare nisi vocatus in scriptis a dictis de concilio de eorumdem ordine et mandato, si quis autem non vocatus intraverit multetur pena tarenorum duorum cum dimidio, quorum due partes Curiae, reliqua Sindico Electo vel alteri de concilio denuncianti applicentur, si per vim intraverit puniatur pena iuris. *Placet.*

8. Omnium deliberationum, quae in concilio fient modo predicto determinatio scribatur per Cancellarium Universitatis in libro determinationum et in ipsis scribendis hec sit forma. Ponatur dies et annus et locus, et negotij universaliter occurren-

tis, propositio fiat in concilio per unum ex quatuor Electis vel per advocatum Universitatis, qui si fuerit in Terra Cerreti possit in concilio intervenire, et cogatur requisitus ad minus per duos ex Electis, et post propositionem ut supra factam, determinatio sub commemoratione maioris partis scribatur, ac notentur post diem annum et locum omnes de concilio et ex Electis, qui in dicta determinatione *intervenerint, aliter factae determinationes* nihil penitus valeant, requiraturque in hijs determinationibus pro forma scriptura, modo praedicto facta. *Placet.*

9. Quatuor Electi non discedant ab ordinationibus et determinationibus factis in concilio et scriptis ut supra, nec aliquod faciant sine Concilio congregando ut supra, et aliter facta per ipsos nihil penitus valeant, et in eorum periculum ac incommodum. *Placet.*

10. Cancellarius seu Erarius Universitatis annotet vocatos ad Concilium et non comparentes, et penam Curiae denunciet in eos et exigatur forma solita et irremisibiliter et pro parte quae denuntiatori applicabitur destinetur in pontium viarum vel murorum publicorum refectionem. *Placet.*

II. *De officio Erarij Universitatis.*

11. Erarius Universitatis creandus si videbitur Electis et hominibus de Concilio per eosdem cum qualitatibus et conditionibus eisdem visis, ex pluribus ad erariatum concurrentibus, is praeferatur, qui meliores conditiones obtulerit Universitati, et illos homines de Concilio et Electi vel pars ut supra, iudicaverint meliores; cui Erario per eosdem annua provisio statuatur, omnem rem pecuniariam administret, et in fine anni rationem reddat cum quinterno lucido et claro, ac reliqua restituat, nec sit liberatus nisi per absolutionem in scriptis factam cum sigillo Universitatis et subscriptione trium ad minus ex quatuor Electis. *Placet.*

12. Electi quatuor de eorum gestis et administratis lucidum et clarum faciant quinternionem, et in fine anni rationem reddant, obtineantque absolutionem in scriptis cum sigillo Universitatis, et subscriptione trium ad minus ex quatuor Electis successuris, alias non reddita ratione novi Electi non cogantur administrare nec officium suscipere. *Placet.*

13. Quatuor Electi verbis opere licteris famosis, vel modo aliquo non offendantur, nec eisdem iniuria inferatur, sed honorentur ab omnibus, et iniuriam inferens ultra penam contentam in Statutis Universitatis praedictae puniatur pena duorum augustalium, quilibet de populo iniuriantem accusare possit, et etiam Curia ex officio valeat procedere, et in dubio iniuria censeatur facta ut Electo vel uno ex quatuor durante tamen tempore eius officij. *Placet.*

III. *De portatione baldacchini seu pallij.*

14. In festo S. Berardini quo processionaliter inceditur per Terram dignius baculum pallij Vicecomiti tradatur asportandum, aliud equale uni ex Electis et seniori si plures intersint, duo alia immediata duobus notarijs, alia duo duobus civibus. In festo Corporis Christi tradatur pallium asportandum Electis tantum et duobus civibus honoratis, inter quos Electos, si quis doctor est legis vel artium aut professor vel licteratus is praeferatur, et inter alios antiquior, sicque etiam inter cives in festo S. Antonij de mense iunij Vicecomiti et doctoribus in iure civili vel artium et medicinae, aliis vero diebus duobus doctoribus duobus notarijs et civibus duobus, qui doctores notarij vel alias licterati si non interfuerint detur civibus qui haberi potuerint dignioribus. *Placet.*

IV. *Quomodo computa, et quando sint videnda.*

15. Excellens Comes debeat in fine anni, vel saltim post duos menses videri facere computa Erariorum et Camerariorum suorum in dicta Terra Cerreti et Casalium de eorum gestis et administratis ne forte vaxalli aliquo casu scripturas et eorum cautelas amicterent, si longiori tempore computorum visio dilateretur. *Placet.*

V. *De diminutione ordei.*

16. Item excellens Comes ut antiquitus solitum est Camerarijs et quibuscumque exactoribus fructuum Curiae Comitalis

excomputet pro quolibet tumulorum ordei centinario ex quo diminuitur et defructatur prout longevus usus et experientia docuit tumulos octo ordei. *Placet.*

VI. *De prescriptione in praetio rerum mobilium et mercedis famulorum.*

17. Praetium rerum mobilium ex quo ut plurimum solent praesenti pecunia vendi, si a die celebratae venditionis annus fuerit elapsus, emptor non possit molestari pro praetio, quod dicatur a venditore non solutum. Et similiter famuli qui ad annum vel biennium, vel triennium steterint ad annum vel mensem statuto salario, et finito tempore per annum steterint, et nihil dixerint de mercede non soluta, nihil ulterius petant, et solutio facta presumatur in casibus praefatis. *Placet.*

VII. *De accedentibus pro servitio Universitatis.*

18. Accedere extra Terram Cerreti pro servitijs Universitatis ex ordinatione Electorum vel duorum ex hijs, quilibet secundum qualitatem teneatur et sit obligatus, sintque contenti ea mercede quam duo ex electis ad minus iudicaverint honestam, et qui accedere noluerit vel mercede praedicta non erit contentus, solvat Curiae tarenos quinque, quorum tertia pars denunciatori Sindico vel ex quatuor Electis applicetur, teneaturque ad damnorum omnium interesse et expensarum restitutionem. *Placet.*

VIII. *De matrimoniis, dotibus, donationibus propter nuptias et lucris dotalibus.*

19. Statutum est quod dotes promictantur in pecunia numerata, nulla alia mentione facta bonorum corredalium iuxta personarum qualitates vel partium conventiones. Solutio vero praedictarum dotium fiat et celebretur pro duabus partibus in pecunia numerata et pro tertia parte in bonis corredalibus appretiandis per duos homines et duas mulieres comuniter eligendos, quas dotes et bona dotalia solvantur iuxta antiquum Usum

et Consuetudinem Cerreti , videlicet dicta tertia pars in bonis corredalibus eo die quo mulier transducitur ad domum viri, et duae aliae partes consistentes in pecunia numerata pro medietate praedicto die et pro alia medietate in tribus annis proximis sequentibus, omni anno tertiam partem, si dicta bona corredalia trascendant summam tertiae partis dotium promissarum, illud plus computetur in rata dotium solvendarum in pecunia ut supra. *Placet.*

20. Item statutum est, quod mulier quae maritari contigerit earum affines non debeant neque teneantur facere exportare marito sive sponso alijsque de domo mariti linterulas, sed solum ipsa sponsa faciet sive apportet *sponso* et non marito linterulam unam. *Placet.*

21. Item statutum est quod maritus sive alius ejus nomine non possit neque debeat impendere in emptione tunicarum tempore sponsalitij , sive quando traducitur uxor ad domum, nisi ad rationem tarenorum septem cum dimidio pro qualibet untia dotium promissarum et solvendarum in pecunia numerata et non plus. *Placet.*

22. Item quod dictae vestes nuptiales et festivae transmissae ut uxor ornatius accedat ad maritum sive cum pertica sive sine pertica, sive fuerint expresse donatae vel non semper intelligantur expresse donatae eo ipso quod fuerint transmissae sive consignatae uxori, quam donationem lucretur uxor soluto matrimonio nisi fuerit per maritum expresse revocata. *Placet.*

23. Item statutum est, quod si mulier apportet interulam marito, aliaque ensernia, et maritus sive pro eius parte donaverit aliquam tunicam, aliave bona iocalia, quia talis donatio videtur recompensatio quaedam potius quam simplex et mera donatio, sive dicta iocalia ponantur in canistro, sive non, intelligantur donata et acquisita ipsi uxori in totum, adeoque revocari non possit tacite, neque expresse, sed omni tempore sit valida, atque firma, in tantum quod matrimonio soluto per mortem uxoris liberis non procreatis infra tempora, intra quae secundum Consuetudinem dotem maritus non fuerit lucratus, sed revertere debet ad haeredes et proximiores mulieri, talis donatio acquiratur etiam proximioribus dictae uxoris, preter aurum et argentum, tanquam donata donatione reciproca. *Placet.*

24. Item si tempore matrimonij contracti sive sponsalitij per maritum sive alium ejus parte promissum fuerit vestes et tunicas nuptiales fieri, quae postea cum effectu non fiant, soluto matrimonio uxor lucretur tarenos septem cum dimidio pro qualibet untia dotium solvendarum in pecunia numerata ut supra, nisi etiam talis donatio fuerit per maritum espresse revocata. *Placet.*

25. Item soluto matrimonio per mortem viri ante triennium completum a die transductionis in domum viri, uxor lucretur antefatum, sive dotarium videlicet tertiam partem dotium promissarum in pecunia numerata ut supra, elapso vero biennio uxor lucretur pro antefato sive dotario tertiam partem dotium solutarum tantum. *Placet.*

26. Item si matrimonium fuerit solutum per mortem viri, uxore non transducta matrimonio contracto per verba de praesenti, mulier lucretur quartam partem illius pensionis pro dotario quam fuisset lucratura si mulier fuisset transducta, nisi dos fuisset in totum vel in partem soluta ipsa non transducta, quo casu mulier lucretur pro dotario tertiam partem dotium solutarum, ut supra, nec non et quartam pro honore primi osculi si fuerit promissa, quae tamen non possit ascendere ultra untiam. *Placet.*

27. Item quod matrimonio contracto et muliere transducta ad domum mariti, si vixerint simul per triennium liberis susceptis vel non susceptis, matrimonio inde soluto per mortem uxoris, vir lucretur omnes dotes promissas etiam non solutas, liberis vero non susceptis et matrimonio soluto infra triennium, maritus restituat omnes dotes et lucretur tantum tertiam partem bonorum corredalium solutorum pro tertia parte dotium ut supra. *Placet.*

28. Item statutum est quod tempore nuptiarum consanguinei sive amici et quovis modo coniuncti tam ex parte viri, quam uxoris nihil donent, nisi in pecunia numerata, non ultra medium scutum de auro, qui deinde accipiant pro singulo caroleno rotulum carnis et tantundem panis, veteri consuetudine donandi frumentum penitus recedente et abolita. *Placet.*

29. Item statutum est quod mulieres si voluerint possint donare manilia de lino et alia quae placuerint sponsae, *quae ta-*

men non accedant ad convivium nuptiarum veteri consuetudini tanquam perniciosa *inutili* et indecora recedente, si qua vero tam audax fuerit, ut contra hoc statutum se convivam fecerit nuptiarum convivia muliebri decoro proponens, solvat Curiae grana quinque, nullo etiam accusatore existente. *Placet.*

30. Item statutum est quod filia maritata et dotata excludatur etiam a successione fraterna ab intestato superstite uno sive pluribus aliis fratribus masculis, quibus non extantibus succedant equaliter una cum sororibus in capillo, collatis dotibus secundum dispositionem iuris *comunis. Placet.*

IX. *De accipientibus animalia in soccidam.*

31. Item statutum est quod accipientes animalia in societate secundum usum et consuetudinem Cerreti intelligantur accepta per triennium et in fine triennij soluta medietate praetij, quo fuerunt extimata tempore initae societatis, dividantur omnia per medium, ita quod ante triennium non possint dividi nisi de communi utriusque voluntate. *Placet.*

32. Item consuetudo societatis ovium est quod in fine cuiuslibet anni dividantur nati post contractam societatem , si partiarius voluerit ejus partem vendere et nihilominus teneatur custodire portionem domini animalium usque in finem triennij sine alio salario, sed prius teneatur vendere praedicto domino animalium si eam emere voluerit. *Placet.*

33. Item accipientes boves ad extaleum si contingerit mori bos a decimo die mensis Augusti infra festum omnium «Sanctorum» reddat quartam partem extalei domino bovis, si vero post festum omnium Sanctorum infra nativitatem Domini Nostri Iesu Christi reddat medietatem extalei, post nativitatem Domini si moriatur infra mensem Martij reddat tres partes, elapso mense Martij quandocumque moriatur reddat integrum extaleum, et nihilominus medietatem praetij quo bos fuit extimatus et medietatem carnis et corij, qua medietate pretij, carnis et corij non soluta statim mortuo bove reddat extaleum integrum, si fuerit in mora usque in finem totius anni, alias pro rata temporis, pro quo mora fuerit commissa, prout supra fuit expressum, et dictum extaleum solvatur in primis annis, si fuerit petitum per

dominum, *alias si non fuerit petitum* a primis annis usque et per totum mensem decembris, non possit amplius peti usque ad alias primas areas. *Placet.*

34. Item si accipiantur oves ad triennium secundum usum et Consuetudinem Cerreti intelligitur quod anno quolibet solvatur tantum pro centenario ut inter partes fuerit conventum, et in fine triennij debent reddi dictae oves, si repetiantur ex signo domini prioris, alias debent subrogari de fetibus exceptis ad recipiendum ad arbitrium expertorum; sed ovibus et fetibus penitus extinctis solvatur praetium « secundum quod inter partes ipsas fuerint extimatae et in praetium » positae, et idem intelligatur de capris. *Placet.*

35. Item quod pensiones domorum, si non fuerit expresse conventum quibus pagis solvi debeant, solvantur pro medietate in introytu, sive ingressu, reliquam medietatem post sex menses a die ingressus et locationis computandos, pro quibus pensionibus realiter et personaliter exequatur contra non solventes ad arbitrium dominorum. *Placet.*

X. *De conservando sigillo Universitatis.*

36. Sigillum cum insignijs Universitatis praedictae magnum et parvum sit et debeat ac detineatur per unum ex quatuor Electis qui pro tempore erunt, et ille unus si inter se Electi non conveniant, sit qui est antiquior inter eos. *Placet.*

Nos Ioannes Diomedes Carrafa Comes Magdaloni et Cerreti manu propria.

Notarius Bartholomaeus Sabinus Secretarius dicti Illustrissimi Domini Comitis de mandato scripsi die nona mensis novembris 1541. Adest sigillum.

(Dopo tutto questo segue la dichiarazione del Conte e de' rappresentanti l' Università di osservare detti capitoli e consuetudini e poi si legge la seguente aggiunta)

Item statutum est quod illustris dominus Comes non possit presentare in Archipraesbyterum Cerreti nisi unum ex Canonicis dictae Terrae si fiat Canonica, teneantur et debeant facere

dictam Canonicam infra annum, aliter dictus dominus Comes non teneatur observare dictum capitulum.

